neral' ordinis minoꝝ habuit qōdaꝫ breue ſub titulo reformatiōis: que
ſibi concedebat vt poſſet recipere frēs de quacūqꝫ cōgregatiōe ordinis
minoꝝ ſine lnia ſuorum prelatoꝝ. Et cum ipe generalis illo vti iciperet:
videntes frēs familie preiudiciū ex illo ſibi ſequi: habuerunt ſtatim illi⁹
reuocationē ⁊ ꝯfirmationē concordie pauli.ij. Incipit. Cum ſicut acce
pimus. Habes infra ſcd̄o trac.fo. 41
CEODEM anno.v.die aprilis ſtatuit nullū ꝓfeſſorē familie obſeruan
tie minoꝝ ex illa egredientem poſſe ſuccedere in bonis parētū ſicut ꝑma
nens in obſeruātia non poterat. Incipit. Cum intellexerim⁹. Habet in
fra ſcd̄o trac.fo. 52
CANNO.xi.ſui pōtificat⁹.x.kl's martij roborauit lr̄as ſixti.iiij.incipi
entes. Graue nimis. diſponētes feſtū ꝯceptionis virginis glioſe non in
telligi de cōceptione ſpūali ſe de imaculata corporali. Prohibuitqꝫ ne
aliquis dicat hereſim incurrere tenentes alterā partem. Incipit. Illius
qui ſe pro dn̄ici gregis. Uide infra ſcd̄ꝫ trac.fo. 74
CEODEM anno.ij.die ſeptēbris ꝯmiſit ⁊ mādauit archiep̄o toleta
no vel ep̄o palentino reuocare oēs gr̄as ⁊ exēptiones ⁊ quaſcūqꝫ ꝯceſſio
nes fri ioāni de guadalupe ⁊ petro de melgar coꝝūqꝫ ſocijs factas: ⁊ vt
mandarent dictos fratres reuerti ad ꝓuincias ⁊ obias a quibus exierūt
pluraqꝫ alia prout in ipſo breui cōtinetur. Incipit pro parte chariſſimo
rum. Quere infra ſcd̄o trac.fo. 132
PIUS.iij.ad pontificatū aſſumptus eſt anno dn̄i. Mcccccciij.i mē
ſe octobris quaſi in fine. Erat ph̄ pape.ij.nepos ſeu ꝯſobrinus car
dinalis ſenenſis. Ille nāqꝫ bonus fuit ſenex ⁊ zelo dei feruēs: nō iſtoruꝫ

tpoꝝ hoībus ſimilis. Multa bona in dei eccl'ia circa eius reformationē ab ipſo agenda ſperabant. Arcana ſcrutans cordiū iudiciaq̧ hoīum cō fundens aliud ſuo in conſiſtorio decreuit. Debitū generale ſoluit. xxviij. die poſt eius aſſumptionem.

IULIUS.ij. ipſo anno dñi. Mccccciij. in militantis eccl'ie paſto rem vniuerſalē fuit electus, prius q̄dē noīe abbat dñs Julian9. eratq̧ cardinalis ſancti petri ad vincula ꝛ eps hoſtienſis. Qui etiam a tempo re ſixti iiij. cuius ſororis filius fuerat ꝓtectoriatus officium ordinis mi norum exercuerat. Et vſq̧ hodie gregē dñicum viribus ꝛ poſſe felici ſuc ceſſu non ceſſat paſtu congruo prouidere: etiā ordini noſtro aliqua iſto tempore concedens.

¶ ANNO primo ſue electionis ante ſuam coronationem. ſ.ij. die no uembris approbauit ꝛ de nouo conceſſit oīa per ſuos predeceſſores con ceſſa reg vel regine ferdinando ꝛ heliſabet vel alteri ad eorum ſeu cu iuſlibet ipſorum inſtantiam. Incipit, exімie deuotionis affectus. Que re infra iſto trac. fo. 60

¶ EODEM anno primo ſui pontificatus die. vi. februarij declarauit priuilegia ꝯceſſa fr̄ibus de obſeruantia recipiēdi frēs ꝯuētuales ad ſe ve nientes non intelligi de fr̄ibus a moderno generali miniſtro reformatis inhibuitq̧ grauiſſimis ſub cenſuris tales frēs ab alijs de familia recipi poſſe: bullam pauli.ij. de concordia confirmans. Incipit, Nobis ſignifi care curaſti. Quere infra iſto trac. fo. 60

¶ EODEM anno. xv. kl's Junij ad ſupplicationē regum hiſpanie cō ceſſit bullam ſingularem familie obſeruantie opere ac ſollicitudine cu iuſdam. V. patris ꝓuincie ſancti iacobi impetratam plures fauorabiles gratias continentem ꝓut in ea patet. Incipit, Hodie a nobis. Habetur infra ſcd'o trac. fo. 41

EODEM anno. viij. kl's Junij conceſſit tempore interdicti poſſe frēs in feſto ſancti bonauēture publice diuina celebrare ſicut in feſto ſancti frā ciſci. Incipit, Exponi nobis feciſti. Require infra ſcd'o trac. fo. 44

## ¶ Finis ſūmarij pontificalis.

## ¶ Incipiunt priuilegia non autentica.

Hono.iij.mādat terrarū ꝓlatis vt fratres tanꝗ̄ catholicoſ ⁊ fideles recipiant.

Honorius eps̄ ⁊c. Archiepis ⁊ epis abbatibꝰ decanis archidiaconis ⁊ alijs ecc̄liarum ꝓlatis. Cū dilecti filij frater frāciſcus ⁊ ſocij eius de vita ⁊ religione minoꝝ frūm abiectis vanitatibus huius mūdi elegerit vite viā a romana eccleſia merito approbatā: ac ſerēdo ſemina verbi dei apl'oꝝ exemplo diuerſas circūeant māſiones: vniuerſitatē vr̄az rogamus ⁊ exhortamur in dn̄o per apl'ica vobis ſcripta mādātes quatenꝰ latores p̄ntium de predictoꝝ frūm collegio exiſtentes cum ad vos duxerint declinādū: ipſos recipiatis ſicut catholicos ⁊ fideles: alias eis ob reuerentiā diuinā ⁊ noſtrā exhibētes vos fauorabiles ⁊ benignos Datum tertio Idus iunij pontificatus noſtri āno tertio.

ano 1219

Hono.iij.ꝯcedit frēs poſſe cū altari viatico i ſuis locꝫ diuina celebrare

Honorius epus ⁊c. Fratribus minoꝝ ordinis. Quia populares tumultus tanꝗ̄ qui veſtro aduerſant ꝓpoſito fugientes ſecretos receſſus libēter appetitis: vt in ſancta quiete liberiꝰ orationi vacare poſſitis: nos attēdentes oronū vr̄arum ſuffragia plurimū oppͥtuna: qm̄ eo efficacior eē debet veſtra interceſſio apud deum: quo perfecte viuentes eius digni eſtis gratia potiori. Cōſiderātes quoqꝫ vobis negandūz non eſſe vnde nemini derogatur dum veſtra expoſcit religio: vt que ſunt etiā de gratia ſpeciali vobis concedere debeamus. Deuotioni veſtre cum ꝓfeſſi paupꝑtatē ſitis pariter ⁊ amplexi non tp̄ale cōmodū ſed ſp̄ūale querentes: auc̄tate p̄ntium vr̄is inclinati precibus indulgemꝰ: vt in locis ⁊ oratorijs vr̄is cū viatico altari poſſitꝫ miſſaꝝ ſolēnia ⁊ alia diuina officia celebrare: omni parrochiali iure parrochialibꝰ eccleſijs reſeruato. Nulli ergo ⁊c̄. Datū.iij.nonas decembris pōtificatus noſtri anno.ix.

ano 1225

Grego.ix. ꝓcepit: frēs ō penitētia exactionibus publicꝫ officijs vel iuramētꝫ nō grauari.

Gregorius eps̄ ⁊c. Vniuerſis fratribus de p̄nia per italiā conſtitutis. Deteſtanda humani hoſtis inuidia tāto ꝓtinacius pſequitur ſeruos chriſti: ⁊ armans ſuos ſatellites contra ip̄os ab eius ſeruitio doloſis illos adinuentiōibus nititur amouere: quanto perſpicacius intuet ip̄os huius mundi vanitatibꝰ derelictis: adhuc exiſtentes in corpore in terrenis iam mente in celeſtibus habitare: ac abnegantes ſecularia deſideria ꝓpter deum: iam frui non perituris ſed eternis delicijs ⁊ gaudijs ſempiternis. Unde ſm̄ euāgelicam veritatē: cum immūdus ſp̄ūs exierit ab homine ipſum in exeundo plus ſolito diſcerpebat: ⁊ exeuntē dei populuꝫ de egypto non prius egyptij perſequi deſierūt: ꝗ̄ oēs nutu diuino vno genere mortis extincti dignum ſuis actibus meruerunt interitum inuenire: ip̄m ⁊ oium redemptorem cunctum poſt baptiſmi lauacruꝫ in deſertum cum.xl.diebus ⁊ totidem noctibus ieiunaſſet: idem malignꝰ ſpiritꝰ aggredi non expauit. Propter qḋ qcūqꝫ ad dei ſeruitutē accedit: iuxta

ſnſam ſapientis in iuſticia ⁊ timore debet ad tentationē animū preparare. Sane fe. Re. honorius papa predeceſſor noſter attendens vos fruct⁹ pnie facientes: ab huius ſeculi filijs anguſtijs in exquiſitis affligi ꝑ hoc fouendos eſſe: laudabili actione religionē vr̄am amplexās in viſcerbus ieſu chriſti ꝓſecutus eſt gr̄a ſpeciali mādans vniuerſis archiepīs ⁊ epīs per italiam conſtitutis: vt vos ſeruarent imunes a iuramentis que ciuitatum ⁊ locoꝝ rectores ſuper eoꝝ ſequela extorquere a vobis illicite cō tendebant: defendentes vos ne officia publica recipere vel noua exactionū vel alterius grauaminis ſubire onera contingeret vos compelli. Sꝫ filij tenebrarū qui humana ſapientes tenebras lucem ⁊ lucem tenebras ponere didicerunt per maligne interꝑtationis calūniam: ſic veſtrā indulgentiam vacuarūt: vt grauioribus iniurijs affligamini nunc q̄ꝫ prius cū non eratis tali priuilegio ꝯmuniti. Nam cum dicti rectores a vobis non poſſent ſuper ſequela exigere iuramentū: innumeros quaſi caſus excogitant quibus vos iurare compellāt: grauiora onera vobis q̄ꝫ alijs ſuis ciuibus imponētes. Nec fruct⁹ bonoꝝ vr̄oꝝ vos ꝑmittunt paupib⁹ erogare licet debitis oneribus que ſubire tenemini nihil deperire ꝯtingat alias vos plus debito ⁊ amplius ſolito moleſtātes. Vn̄ nobis hūiliter ſupplicaſtis: vt vobis indulgere miſericorditer dignaremur: ne aliq̄d iuramentū niſi forſan pacis ⁊ fidei calūnie vel teſtimonij facere teneamini ⁊ ne plus q̄ꝫ vr̄i ciues impoſitiōe onerū aggrauari poſſitis: ⁊ vt fructus bonoꝝ vr̄oꝝ cauſa pietatis impendere valeatis ꝑſonis quibus expedire videritis elargiri: ⁊ vt iniuriā nō patiamini ꝓpter vr̄oꝝ ciuiū debita vel delicta: nec teneamini cum ſuper his culpabiles nō ſitis debita ſoluere alioꝝ. Nos igit̄ attendētes vos viam ꝑfectiōis ingreſſos tāto a ſectatorib⁹ hui⁹ mūdi vehemētius impugnari: quāto magis ijdē diſſiles vr̄is actib⁹ ꝯprobāt̄: ac per hoc vt veritatis integritas obumbret̄ ſiniſtre interpretationis calūniā machinari: vniuerſitati vr̄e de quoꝝ religione plene ꝯfidim⁹ Inſam ſuper predictis oib⁹ auc̄tate ꝑſītiū indulgem⁹ ano 1229
⁊ ꝯcedim⁹ poſtulatā diſtricti⁹ inhiggentes: vt ꝯceſſa vobis gr̄a ſicuti laudabiliter ſtudeatꝫ: ne ab aliquo vr̄z ꝯuertat̄ forſitan in abuſum: q2 priuilegio vobis conceſſo contingeret vos priuari: ſi eius inueniremini abuſores. Nulli ergo ⁊c. Datum laterani tertio kl's |aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

Gregorius epūs ⁊c. Archiepīs ⁊ epīs. Abbatibus. priorib⁹. archipreſbyteris. archidiaconibus, decanis ⁊ alijs eccl'iarū ꝑlatis. Sicut phiale auree quas vidit Joānes plenas odoramētoꝝ que ſunt orōnes ſanctoꝝ in ꝯſpectu altiſſimi ad abolendā nr̄oꝝ criminū corruptelā odorē ſuauitatis emittūt ita ſaluti noſtre credim⁹ plurimū expedire: ſi coꝝ in terris celebrē habeamꝰ memoriā: ipoꝝ merita ſolēnib⁹ recolētes ꝑconijs: quoꝝ in celis ſperamus interceſſiōibus aſſiduis adiuuari. Sane cū de ꝯuerſatione vita ⁊ meritis beati franciſci inſtitutoris ⁊ rectoris ordinis fratrum minorum qui iuxta conſilium ſaluatoris contēptis trāſitorijs ſm ꝓmiſſionē eius

Gre. ſr. beatū fran. catalogo ſcōꝝ aſcribit.

dem⁹ ad celeſtia premia feliciter ⁊ eterna peruenit: cuius vita ⁊ fama p̄cla ra peccatoꝝ depulſa caligine ambulantiū in regione vmbre mortis taꝫ viroꝝ q̄ꝫ mulierū ad fidem eccl'ie roborandam ⁊ ↄfutandam hereticam prauitatē viuit: ⁊ adhuc viget non modica multitudo tam per nos q̄ꝫ ꝑ multos alios fide dignos qui miracula que deus per illius ſancti meri ta opatur plenius cognouerunt certiores effecti: auditis etiā virtutibus ⁊ miraculoꝝ inſignijs ⁊ ꝙ inter carnales ſpūaliter ⁊ inter hoies etiā cō uerſationē angelicā habuiſſet: ipm qui cum chriſto corporaliter meruit eſſe in celeſtib⁹: ne ipi⁹ honori debito ⁊ glorie detrahere videremur quo dāmodo ſignificatū a dño ꝑmitterem⁹ vlteri⁹ hūana deuotiōe priuari: de frūm nroꝝ conſilio ⁊ prelatoꝝ oīum qui tunc tpis apud ſedē aplicaꝫ conſiſtebant ſanctorum catalogo duximus aſcribendū. Cum igitur eius lucerna ſic exarſit hactenus in hoc mundo: ꝙ per dei gratiā iam nō ſub modio ſed ſuper ſcādelabrum meruerit collocari: vniuerſitatem veſtram rogamus monemus ⁊ hortamur per apl'ica vobis ſcripta mādantes: quatenus deuotionē fideliū ad venerationē ipſius ſalubriter excitātes: feſtiuitatē eius quarto nonas octobris annis ſingulis ſolēniter celebre tis ⁊ ꝓnuncietis conſtituto die ſimiliter celebrandam: vt eius precib⁹ do minus exoratus: ſuam nobis tribuat grām in pñti ⁊ gl'iā in futuro. Da tum nono kl's marcij. pontificatus nri anno ſcdo

*ann 1229*

Gre. ix. ↄcedit frib⁹ de pnia: poſſe tpe interdi cti audire diui na.

# Gregorius epūs ⁊c. Archiepis

⁊ epis ⁊ alijs eccl'iarū prelatis per italiā conſtitutis. Cum filiorum qui ſua nouiſſima memorādo non poſt vanitates ſeculi ſed poſt chriſtū euntes: pniam in hūiliato ſpū agūt ⁊ corde contrito caſtigando ⁊ in ſeruitutē ſua corpora redigendo tota vi deatur intentio circa ſeruitiū creatoris: indignum forſitan crederet: ſi ꝑ aliena culpa a diuinis obſequijs ⁊ ſacris eccl'iaſticis ↄtingeret hos exclu di: cū in ijs ⁊ alijs q̄ ad ſeruitiū dei pertinēt fauorem mereāt ſedis apl'i ce ſpālem. Cū igitur per italiam nōnulli tales eſſe dicāt a quibuſdā frēs de pnia nuncupati: diſcretioni vr̄e per apl'ica ſcripta mādam⁹: quaten⁹ vos eos in eccleſijs vr̄is in quib⁹ a ſede aplica eſt ↄceſſū generaliter tpe interdicti hmōi dūmodo ipi cāꝫ interdicto nō dederint: ad diuina officia q̄ ſuppreſſa voce: interdictis ⁊ excōicatis excluſis: nō pulſatꝫ campanis: clauſis ianuis celebrātur: ⁊ ad alia eccl'iaſtica ſacra necnō ad ſepulturaꝫ eccleſiaſticam admittatis. Datum peruſij. iiij. nonas auguſti. pontifica tus noſtri anno tertio

*ann 1230*

Greg. ix. man dat platꝫ eccl'ie frēs d̄ pnia in ſuis dioceſib⁹ ↄmorātes iu ramētꝫ vl' alijſ onerib⁹ nō gra uari ꝑmittere.

# Gregorius epūs ⁊c. Archiepis ⁊

epis per italiam cōſtitutis. Nimis patenter gratie diuine cō probatur abuſor: qui ad dñm conuerti volētibus obiceꝫ inter iacet tarditatis: eiꝫ inexecrabiliter ↄuincitur aduerſari qui cōuerſos ad ipm auertere geſtiens: eis laqueos inijcit captionis: ⁊ perſecutiōis ipos moleſtijs inquietat: tanq̄ꝫ pharaonis imitatus veſtigia qui corde indura

to non niſi plagis percuſſus filios iſrael pmiſit exire egyptū: ⁊ egreſſos
tandem ſcua tyrānide perſequi nō ceſſauit: donec ipe cum ſuis aquis va
lidis meruit ſuffoca l: poſteris relinquens exemplum; vt ex ſimili culpa
ſimilis deberet formidari vindicta. Sane ad aures bone memorie hono
rij pape predeceſſoris noſtri noueritis perueniſſe: ꝙ nōnulli de partib⁹
veſtris nouiſſima ſua prouide memorantes; derelictis ſeculi vanitatib⁹
penitentiam in corde contrito ⁊ humiliato ſpiritu agere in domibus p-
prys vel alibi ſtatuerunt: ⁊ vt retribuentes miſere filie babylonis retribu
tionem quam retribuit ipſa eis promiſſe beatitudinis premium facilius
⁊ felicius aſſequantur: caſtigare corpus proprium ⁊ in ſeruitutem redi-
gere concupiſcunt. Sed poteſtates ⁊ rectores ciuitatum ⁊ locorum in q
bus tales domini ſerui degunt non attendentes ꝙ nemo militans deo
implicat ſe negocijs ſecularium: ⁊ ꝙ ſponſa lotos pedes abnuit inquina
re: ab eis vt ipſos ſequantur ⁊ exerceantur in armis iuramenta extorque
re contendunt: ⁊ ad recipienda ⁊ exequenda publica officia compellere
moliuntur: quin etiam illos qui ad agendam penitentiam ſecretos peti
ere receſſus ad propria reuocantes; ipis noua onera ⁊ exactiones impo
nunt: alias inhonorando ipſos quos tanꝙ dei amicos deberent modis
omnib⁹ honorare. Quia igitur intereſt noſtra dei amicos in religionis
propoſito confouere: ad exemplar predeceſſoris noſtri fraternitati ve-
ſtre per apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus huiuſmodi penitentes
(dum tamen onera in quibus ratione bonorum ſuorum tenentur agno
ſcant) in ijs vel alijs temere moleſtari quibus poſſit eorum propoſitum
impediri non ſinatis moleſtatores per cenſurā eccleſiaſticā appellatiōe
poſtpoſita compeſcendo. Datū.

Gre. ix. ↄcedit frēs i ptes paganoꝝ pficiſcētes poſſe cū excōicatis cōicare ⁊ alia.

Gregorius eṗs ⁊c. fratib⁹ in ter-
ra virgianorum ⁊ paganorum proficiſcentibus. Cum meſſis
multa ſit operarij vero pauci euangelicus ille paterfamilias
adhuc mittit operarios in vineam ſuam: ⁊ in hac quaſi hora. xi. vinee ſue
nouos deputat vinitores: quorum laborem pari cum primis denario
recompenſet. Cum igitur in terris virgianorum ſarracenorum aliorūq
infidelium vobis animarum ſollicitudine commiſſa illius operante cle-
mentia qui de lapidibus poteſt filios abrahe ſuſcitare verbo ⁊ exemplo
proficiatis: ibidem exiſtentes in inuio reducatis ad viam: nos confide-
rantes ꝙ miniſterium veſtrum diligenter implentes: vos operarios in-
confuſibiles exhibetis: vitiorum ſentes extirpare de agro dominico ſa-
tagendo: propter quod indubitanter de vobis fiduciam obtinemus: vt
qui ſpiritu viuitis ſpiritu ⁊ ambuletis: ⁊ de doctrina veſtra ⁊ conuerſa-
tione flores ⁊ fructus proueniant gratiores. Deuotioni veſtre preſenti-
um auctoritate concedimus: vt in terris illis vobis ſit licitum excōmu-
nicatis cōmunicare in ijs que ad ſalutem pertinent animarum. Quibus
⁊ dūmodo la'ini ſint ⁊ apoſtolice ſedi obediant fratres veſtri preſbyteri
vale mt congrua ſatiſfactione premiſſa ſm formā eccleſie abſolutionis
beneficium impartiri: eorūq ↄfeſſione audita pniam ſalutarē iniūgere:

ꝛ cū ordinis vr̄i frib⁹ ſup leui irregularitatis nota ꝓuidē diſpēſare. Nulli ergo. Datū. xvj. kl's Junij pōtificatus nr̄i. anno ſeptimo

Gre. ix. ꝯcedit q̃ſi idē qđ in ꝓcedēti bulla.

Gregorius ep̄us ꝛc. Fratribus ordinis mi. in terras ſarracenoꝝ ꝛ paganoꝝ ꝓficiſcētib⁹ ꝓ zelo fidei chriſtiane ꝛ ꝓ illuminatione gētiū in ignorātie ac erroris ābulantiū cecitate ꝑegrinationē vobis aſſumentib⁹ ad exteras regiões pñtiuȝ vobis auctate ꝯcedim⁹: vt ꝓponere verbuȝ dei ꝛ illaꝝ ꝑtiū hoies ꝑ miniſteriū exhortationis vr̄e cōuerti ad vnitateȝ fidei chriſtiane cupiētes recipere ac baptizare poſſitiȝ: ꝛ eccl'ie ſacroſancte filijs aggregare: aggregatos inſignire caractere clericali: ac eos q ꝑ apoſtaſiaȝ ſciſma vel hereſiȝ a chriſtiani cōfeſſione nois recedētes inter ſarracenos habitant abſoluere ac recōciliare ꝑ gr̄aȝ penitentie ſalutaris ſi ad obiam eccl'ie romane ini humilitatis ſpū duxerint redeundum. Datū. xvj. kl's Junij pontificatus noſtri annō ſeptimo.

ano 1235

Gre. ix. mādat vniuerſis p̄latiȝ vt i dioce. ſuis frēs benigne recipiāt.

Gregori⁹ ep̄us ꝛc. Archiep̄is ꝛ ep̄is abbatib⁹ decanis archidiaconis ꝛ alijs eccl'iaꝝ p̄latis. Cū q recipit ꝓphetā in noie ꝓphete mercedē ꝓphete recipe mereaꝛ: dilectos filios frēs mi. q more apl'oꝝ ſerēdo ſemina verbi dei diuerſas circūeunt regiones: eo deuotioni vr̄e fiducialius cōmendam⁹: quo ſalutē fideliū ꝓpenſius affectantes ardēter cupim⁹: vt vobis apud deū ex inde augeatis cumulū meritoriȝ. Quo circa vniuerſitatē vr̄am rogam⁹ ꝛ hortamur attente ꝑ ap̄lica vobis ſcripta mādantes: quaten⁹ dictos frēs ad vos accedētes vt circa lucrū aiaꝝ ꝛ euāgelizationē vbi dei ſuū miniſteriū exequanꝛ: habeatiȝ ei⁹ intuitu cōmēdatos cui⁹ ijdē obſequijs ſunt aſcripti benigne ac charitatiue recipiatiȝ eoſdē vt pote catholicos ꝛ fideles: eiſqꝫ fauorabiles ac ꝓpitij in ſuis neceſſitatib⁹ exiſtatiȝ: credēdo firmiter ꝛ certā de ipis habēdo fiduciaȝ: ꝙ cū ſpū viuāt ſpū ꝛ ambulēt: ſe oparios i vinea dn̄i debeāt incōfuſibiles exhibere. Datū. ij. idus Junij pōtificatus nr̄i anno octauo.

ano 1235

Gre. ix. ꝯcedit nouicios ab ordine egreſſos ꝛ in alijs ꝓfeſſos ibi manere debere.

Gregorius ep̄us ꝛc. Miniſtro ꝛ frib⁹ ordinis minoꝝ. Licet olim qbuſdā ex frib⁹ vr̄is ad fratrū p̄dicatoꝝ ꝛ aliqb⁹ ex eis ad vr̄m ordinē trāſeūtib⁹ vtroſqꝫ ſuo reſtitui ordini mādaſſem⁹: qꝛ tñ tpis lōgi ꝓlixitas ꝛ ꝓfeſſionis vinculū repugnare videnꝛ: quo minus ab vtriuſqꝫ ordinis ſcādalo poſſit mādatū ap̄licū adimpleri: vobis ꝛ aiaꝝ ſaluti ꝓuidere volentes ꝛ diſſidijs obuiare ita duxim⁹ ꝓuidendū: vt iaȝ ꝓfeſſi in ordinibus memoratis nō obſtāte mādato p̄dicto in eis debeant remanere auctoritate pñtiuȝ: ne hac occaſione inter vos ꝛ illos ſcandalū oriaꝛ: id decetero fieri diſtrictius inhibētes. Datum. viij. idus nouēbris. Pontificatus noſtri, Anno, decimo.

ano 1237

GRegorius epũs ꝛc. Prioribus ꝛ ꝓuincialib⁹ ordinis fratrũ p̃dicatoꝝ. Nõ minus dolẽtes ac cepimus ꝙ̃ mirantes: ꝙ qdaꝫ frater vr̃i ordinis euechardus noĩe immemoꝛ ꝙ sermo p̃dicantiũ ſalis grẽ ſemꝑ habere debeat ꝯdimẽtuꝫ: cũ ꝑuenisset opaniã moranie ciuitatẽ de p̃dicante transiens in blasfemuꝫ: in cõi dicere nõ expauit ꝙ in laude beati Franciſci ꝑ quoſdã ex diſcipulis ſuis pie ꝓpoſita deberẽt haberi ꝓ reprobis: ꝙ i ei⁹ corpore chriſti ſtigmata nõ fuiſſent. Quid vltra? nec chriſto q̃ ſanctũ eundẽ manib⁹ pedibus ac latere hm̃õi ſtigmatũ ꝑuilegio decorauit: nec nobis q̃ ex tanto miraculo cũ ceteris ꝓbato ſolemniter cauſam ſpecialem habuimus ꝙ ipm̃ aſcripſim⁹ catalogo beatoꝝ deferẽdo: dicti fr̃is elatio i tantã ꝓrupit iſaniã: ꝙ diſcipulos memoratos corã ppl̃o queſtuarios ꝛ falſos p̃dicatores appellans impudenter aſſeruit: ꝙ in ipſos ꝛ conſimiles auc̃tate nr̃a excõicationis poſſet ſententiã ꝓmulgare. Verũ cũ nõ ſolũ iam dicte negcie ꝓtulerit verba: ſꝫ ꝛ ip̃is alia ꝑuerſa ꝓximoꝝ pace ſuaꝗ ſalute poſtpoſitis cumularit: diſcretioni vr̃e ꝑ ap̃lica ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus: quatenus ſi premiſſis veritas ſuffragat̃: fratrẽ eundẽ apud quẽcunꝗ fuerit ſuſpenſum a p̃dicatiõis officio ad noſtram mittatis preſentiam pro meritis recepturus. Datum ſecundo kl̃s Aprilis pontificatus noſtri anno vndecimo.

Gre.ix. quẽdã frẽs p̃dicatorẽ ꝯtra ſtigmata b.fran. aliq̃ ꝓponentẽ grauiter redarguit.

ano 1238

GRegori⁹ epũs ꝛc. Archiepis ꝛ ep̃is ad quos lr̃e iſte ꝑuenerint. Ad audientiã nr̃aꝫ noueritis ꝑueniſſe: ꝙ nõnulle mulieres ꝑ vr̃as ciuitates ꝛ dioceſes diſcurrẽtes ſe fore de ſancti damiani ordine mẽtiunt̃: ꝛ vt alij ſue aſſertioni mẽdaci fide credulitatis accedãt diſcalciatas vadũt: habitũ ꝛ cingulũ monialiũ eiuſdẽ ordinis chordulas deferentes: quas quidã diſcalciatas ſeu chordularias. alij vero minoretas appellãt: cũ tñ moniales ip̃e vt gratũ preſtent dño famulatũ ꝑpetuo ſint incluſe. Unde q2 in eiuſdẽ ordinis cõfuſionẽ ac derogationeꝫ ordinis fratrum minoꝝ ꝛ ipſoꝝ fratrũ ſcandalum ac monialium earundem p̃dictarum mulieꝝ religio ſimulata redũdat: vniuerſitati vr̃e ꝑ ap̃lica ſcripta p̃cipiendo mãdamus: quatenus mulieres ipſas ad abijciendũ cũ eiſdem cingulis ꝛ chordulis hm̃õi habitũ monitione p̃miſſa per cẽſurã eccl̃iaſticaꝫ cũ ſuꝑ hoc requiſiti fueritis appellatione poſtpoſita cõpellatis. Datum laterani, ix. kl̃s martij pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Gre. ix. ꝯcedit portãtes mulieres habitũ. S clare ad depenẽduꝫ ip̃ꝫ per dioce. ꝯpelli debere.

ano 1241

INnocentius epũs ꝛc. Abbatibus ꝛ ꝯuentibus ciſtercienſis ordinis. Cũ olim fe. re. gregorius papa p̃deceſſor noſter de religioſoꝝ finibus omnẽ turbationis materiã amputare deſiderans: vobis in virtute obedientie firmiter p̃cipiendo mãdauit ꝓut in regiſtro ip̃ius p̃deceſſoris cõtinet̃ expꝛ̃ſſe: vt nullũ de ordine fratrũ minoꝝ p̃textu alicui⁹ indulgẽ

Inno. iiij. inhibet frẽs ciſtercienſes, nr̃i or. ꝓfeſſos aliq̃ mõ recipere.

tie niſi prius ſedis aplice vel miniſtri ſuꝑpetita licentia ⁊ obtenta in vr̃m admitteretis cõſortium: ⁊ receptos ad ſui reſumptionẽ habitus remittere curaretis: vos ſicut accepim⁹ nõ ſolũ admiſſos reſtituere cõtempſiſtis ad plenũ: veꝝ ⁊ plures poſtmodũ ex ipis fratribus ꝑter formaz a dicto ꝑdeceſſore nr̃o vobis impoſitã nõ abſqꝫ inobediẽtie vitio recepiſtis. Volentes igit̃ vt eiuſdẽ ꝑdeceſſoris nr̃i mãdatũ vt pote pluribus ſalutiferuz ⁊ ſeminariũ pacis firmiter obſeruetur a vobis: vniuerſitati vr̃e ꝑ aplica ſcripta pñtium auctate mandam⁹: quaten⁹ omnes quos de ordine predicto vos vel anteceſſores vr̃i contra mãdatuz hmõi recepiſtis: ad miniſtros ipoꝝ ſine difficultatis obice remittentes ſtudeatis a receptione talium ꝓpter quietem ordinis vtriuſqꝫ decetero abſtinere. Alioquin ne hoc per aliquoꝝ inſolentiã impediri cõtingat: venerabilibus fratribus nr̃is archiepis ⁊ epis locoꝝ veſtroꝝ dioceſanis nr̃is damus lr̃is cũ mãdatꝫ: vt eos q ex vobis hmõi mãdato aplico noluerint humiliter obedire: ad id monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellant: indulgentia ſedis apoſtolice non obſtante. Datum ſcdo kl's Junij pontificatus noſtri anno quarto.

ano 1247

Inno. iiij. cõcedit non ligari frẽs ꝯſtitutiõe vt qs rõe ꝯtractus vl' delicti ĩ aliquo loco ꝯueniri poſſit.

Innocentius epũs ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ac alijs fr̃ibus de ordine fratrũ minoꝝ. Cũ olim duxerimus ſtatuẽdũ: vt exempti quãtumcũqꝫ gaudeant libertate nihilomin⁹ tñ ratione delicti ſeu cõtractus aut rei de qua cõtra ipos agit̃ rite poſſint corã locoꝝ ordinarijs cõueniri: ⁊ illi quo ad hoc ſuã in ipſos iuriſdictionẽ ꝓut ius exigit exercere: vos dubitantes vt per cõſtitutionẽ hmõi libertatibus aut immunitatib⁹ vobis ⁊ ordini vr̃o ꝑ priuilegia ⁊ indulgẽtias ab aplica ſede cõceſſas preiudicari valeat nobis humiliter ſupplicaſtis: vt ꝓuidere ſuper hoc indemnitati veſtre paterna ſollicitudine curarem⁹. Quia vo eiuſdez ordinis ſacra religio ſic nos ab oibus ꝑ q̃ vobis poſſent ꝓuenire diſpendia immunes libẽti aio ꝑſeruare hortat̃: auctate vobis pñtiũ indulgem⁹: vt occaſione conſtitutionis hmõi nullũ eiſdẽ libertatibus immunitatib⁹ in poſterum preiudicium generet̃. Nulli ergo ⁊c. Datum peruſij. xv. kl's octobris pontificatus noſtri anno decimo.

ano 1253

Inno. 4. concedit loca fratruz in qb⁹ ꝯuent⁹ exiſtũt eccleſie ꝯuẽtuales vocari.

Innocentius epũs ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ⁊ alijs fratrib⁹ ordinis fratrũ minoꝝ. Cũ tanqꝫ veri ⁊ fidelis miniſtri chriſti elegeretꝫ vobis in domo dñi manſiones: dignũ eſſe credim⁹: vt habitacula vr̃a inter alias honorabiles cõgregationes fideliũ ſtatuam⁹. Hinc eſt igit̃ ꝙ vr̃is ſupplicationib⁹ inclinati preſentiũ auctate decernim⁹: vt eccl'ie vr̃e omnes vbi cõuentus exiſtũt cõuentuales vocent̃: cõcedentes vobis nihilomin⁹ licentiam vt in ipis eccl'ijs ad opus fratrũ ⁊ cõuerſoꝝ veſtroruz habere libere cimiteria valeatis. Nulli ergo ⁊c. Datũ. ij. nonas martij pontificatus noſtri anno ſeptimo.

ano 1250

Innocentius epūs ⁊c. Generali ⁊ prouincialibꝰ mi. ⁊ alijs fratribꝰ ordinis fratrū minorū. Cū a nobis petit̄ qđ iuſtū ē ⁊ honeſtū: taʒ vigor eq̄tatis q̄ʒ ordo exigit rationis: vt id ꝑ ſollicitudinem officij nr̄i ad debitū ꝑducat̄ effectū. Ea ꝓpter dilecti in dn̄o filij vr̄is iuſtis poſtulatiōibus grato cōcurrētes aſſenſu: ſepulturā eccl̄iaꝝ vr̄aꝝ liberā eē decernimꝰ: vt eoꝝ deuotioni ⁊ extreme volūtati q̄ ſe illic ſepeliri deliberauerint nullꝰ obſiſtat. Salua tñ iuſticia illaꝝ eccl̄iaꝝ a q̄bus mortuoꝝ corpora aſſumētur. Nulli ergo ⁊c. Datū. v. kl̄s martij pōtificatꝰ nr̄i anno ſeptimo.

Inno. iiij. in eccleſijs fratruʒ liberā ꝯceditſ ſepulturaʒ.

1250

Innocentius epūs ⁊c. Generali ⁊ prouincialibꝰ mi. ⁊ alijs fratribꝰ de ordine fratrū minoꝝ. Pacē vr̄aʒ cū pacis ſitis humiles ⁊ aſſidui ꝓfeſſores volētes in quantū cū deo poſſumus ab exterioris ꝑturbationis inq̄etationibꝰ apl̄ici fauoris patrocinio cōmunire: ne de ijs q̄ in ornamētis vel ꝓ eis ſeu fabricis. luminaribꝰ quoq̄ʒ anniuerſario. ſeptimo. viceſimo. triceſimo ſiue alijs ad ꝑpetuū cultū diuinū eccl̄ijs vel locis vr̄is in vltima volūtate legant̄ canonica portio ab aliq̄bꝰ deducat̄: dūmodo in fraudē hmōi legata nō fiant: vt epi ſeu parrochiales eccl̄ie debita portione fraudentur auctate p̄ntiū diſtrictius inhibemꝰ. Nulli ergo ⁊c. Datum peruſij. xvj. kl̄s Junij pontificatus nr̄i anno decimo

Inno. iiij. ꝯcedit ō ijs q̄ ꝓ diuino cultu victu ac veſtitu offerūt̄ nulli canonicā portioneʒ frēs ſoluere teneri.

ano 1253

Innocentius ep̄s ⁊c. Venerabilibꝰ fr̄ibus palētinēſi. calagorritanēſi epis. S. ⁊ apl̄icaʒ B. Inundans malicia ꝑuerſoꝝ ꝑſonis ſancte religioni deditis adeo frequēter exhibet ſe infeſtā: q̄ ipē diuino cultui vt deberent vacare nō poſſunt dum illorum malicijs agitant̄. Cum ergo ſicut dilecti filij miniſter fratrū minorum regni caſtelle ⁊ fratres ſibi ſubiecti nobis ſignificare curarūt: nōnulli q̄ nomē dn̄i i vacuū recipere nō formidant ipſos grauiter moleſtare preſumūt: nos ⁊ preſumptoꝝ hmōi refragari conatibus: ⁊ dictoꝝ miniſtri ⁊ fratrū grauaminibꝰ volētes ꝯgruis remedijs ſubuenire: fraternitati vr̄e ꝑ apl̄ica ſcripta mādamꝰ: q̄tenus ipos in ꝑſonis vel rebus nō ꝑmittatis contra tenorē ꝓuilegioꝝ ⁊ indulgentiaꝝ ſedis apl̄ice ab aliq̄bus indebite moleſtari: moleſtatores hmōi ꝑ cenſurā eccl̄iaſticā appellatione poſtpoſita cōpeſcendo: nō obſtante ꝯſtitutione de duabus dietis edita in cōcilio generali. Qđ ſi nō ambo his exequendis potueritis intereſſe: alter vr̄m ea nihilominus exequatur. Datū peruſij. vj. kl̄s octobris pontificatus noſtri anno decimo.

Inno. iiij. mandat epis hic dictis frēs regni caſtelle a q̄bus vis ꝯtra ꝓuilegia ſua moleſtari nō permittere.

ano 1253

Alexander epūs ⁊c. Archiepiſ epis. abbatibꝰ. prioribꝰ. archipreſbyteris ⁊ alijs eccl̄iaꝝ p̄latis. Patris eterni benignitas ꝓ ſui nominis attolenda gloria ⁊ fidelium procuranda ſalute inter perſonas plurimas

Alex. 4. mādat vniuerſis p̄latis frēs ab eis benigne recipi ac ſuis obſuātijs regularibꝰ libere vti.

ano 12[..]

diuinis obſequijs deputatas viros in eccleſia ſua ſancta conſtituit cõuer
ſationis ⁊ vite honeſte conſpicuos ac ſcientie titulis inſignitos. Hi ſunt
dilecti deo ⁊ hoibus frẽs ordinis minorum ⁊ predicatorũ: qui ſuũ ſem
per affectum ad amorem celeſtiũ dirigentes: virtutẽ diuini nois per or-
bem terrarum publicãt: ⁊ chriſtiane religionis ampliando cultũ vigili
attentione deſudant. Hi ſunt qui vitã ⁊ merita beatiſſimi pauli apoſto
li contemplantes gloriantur in ſola cruce dñi ſpernendo mũdi ſolatia ꝓ
delicijs paradiſi. Hi ſunt qui hoſtes anime per ſcutum fidei, loricam iu-
ſticie, gladium ſpiritus, ſalutis galeam haſtam perſeuerãtie debellantes
obtinere ſatagunt: vt catholicis vniuerſis fidei ſpei ⁊ charitatis augmẽ-
ta proueniant: ac perfidis veritatis via pateat: ⁊ heretice prauitatis in-
ſania euaneſcat. De tantorꝫ ſiquidẽ meritorũ prouenit claritate: ꝙ nos
fratres eoſdem in chriſto affectu ſynceriſſimo diligamus: ⁊ ipſos vbiqꝫ
terrarum ſtatu gaudere pacifico affectamus: pro re indigna ⁊ nimis a-
mara ducentes ſiquis de numero fidelium ⁊ potiſſime prelatorꝫ eos ali-
quibus turbat iniurijs vel offenſis. Rogamus itaqꝫ deuotionẽ veſtram
⁊ per dei miſericordiam obſecramus per apl'ica ſcripta vobis mandan
tes ac in remiſſionem vobis peccaminũ iniungentes: quatenus illos qui
ſunt ex eis in veſtris ciuitatibus ⁊ dioceſibus conſtituti: ſeu qui ad preſen
tiam veſtram quandocũqꝫ ꝑuenerint: pro diuina ⁊ noſtra reuerentia af-
fabiliter ⁊ benigne recipere ac eos veſtre charitatis ſtudeatis affluentia
confouere: ꝑmittendo vti libere regularibus eorum obſeruantijs ⁊ ſta-
tutis per ſedem apoſtolicam approbatis: ac etiam indulgentijs ⁊ litte-
ris quas circũſpecta pietas ſedis eiuſdem olim conceſſiſſe dignoſcitur d
ſua gratia ſpeciali. Ceterum predictos fratres de fauoris veſtri plenitu-
dine plenius honorantes eis liberaliter concedatis: vt que ſunt opportu
na pro animarum ſalute fieri ab eis auctoritate veſtra libere valeant ex-
erceri: preſertim cum ipi cordi habeant miniſterium ſuum ita laudabili-
ter ⁊ prudenter exequi: ꝙ exinde apud vos poſſint ſynceram ⁊ ſtabilem be-
niuolentiam promereri. Preces autem noſtras quas vobis ex intimo
cordis affectu dirigimus ſic adimpleat veſtra ſynceritas: ꝙ ꝓpter hoc
vobis gratioſi fauoris premia opportuno tempore ꝯpenſemꝰ. Datum
neapoli. v. idus aprilis. pontificatus nr̃i anno primo.

Alex. iiij. aliqs frẽs ſemper in mõte alberne hitare mãdat.

ALexãder ep̃s. ⁊c. Vniuerſis mi-
niſtris cuſtodibus ⁊ guardianis ac ceteris fr̃ibus ordinis fra-
trum minorum. Si noue militie militantis eccleſie in laudem
beati Franciſci ieſu victoris ſignificeri penſemus preconia necnõ ⁊ gau-
dia ⁊ iubilos triumphantis: ex animo nempe cogimur eiuſdẽ ſancti oĩs
pedum veſtigia, latibula montium ⁊ cauernas terrarũ cum reuerẽtia vt
humana fragilitas ſinit indagare ſollicite: ⁊ repta cum omni reuerentia
venerari. Sane o dilecti filij celebrem illum vernantis alverne montem
(in quo ſublimatum corpus a ſublimiori animo non diſſenſit: cum ibi ni
mius amor interius in mente feruens intuitu ſeraph incaleſcens incen-
dij feruore prorupit exteriꝰ decorãs corpꝰ in cruce ſplẽdidũ ſuis marga

ritis) affectionis brachijs amplectimur tot ⁊ tanta mirifica recolentes. Quē. n. amicū eterne ſalutis ille locus nō delectet ꝙ̄ plurimū: vbi extremo iam inſtante ſeculi ſeneſcentis interitu oſtendit exceſſus regis militez regijs militarib⁹ inſignitū: vt regis aciem iaz labentē iāiāq; ab hoſtibus fugientē defenderet: ⁊ certamen victorioſum triūphatoris ſupni verbis ⁊ actibus hoſtes aggredientibus predicaret? O ꝙ̄ ibi lugubria cordis ſuſpiria ⁊ ex intimis cordis anxios ſingultus eduxit. O quotiens felicē mōtis humū felicioribus lachrymaꝝ riuulis madidauit feliciſſimū pect⁹ ſternens: ⁊ ſi certe interdū ciuiū ſupernoꝝ ordinū pñtia ⁊ ſolatio leuaret. O quotiens in infernoꝝ militia mens eius plena diuinis inſtillationibus letabatur. Nos igit̄ de tanti patris orōnibus ꝯfidentes: hunc ſanctū p̄fati mōtis locū in ſpecialē aſſumimus cūctis nr̄is viribus ꝓtegenduz. Quocirca vniuerſitatez vr̄am rogam⁹, monem⁹ ⁊ hortamur attente ꝑ ap̄lica vobis ſcripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mādantes: quatenus in p̄dicto loco quē nulla ratione volumus deſtrui vel ab ordine derelinqui fr̄es aliquos ſtatuatis q̄ iugem ibidē ſtatuant dn̄o famulatū. Datum neapoli, vi. idus Aprilis Pontificatus nr̄i. anno primo.

ano 1255

Alex. 4. cōcedit fr̄es ad ſuſcipiēdū curā monaſterioꝝ. S. Clare nō poſſe cōpelli.

ALexander ep̄us ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ac alijs fratrib⁹ ordine fratrū minoꝝ. Petitio vr̄a nobis exhibita cōtinebat: q̄ moniales ꝙ̄ plurium monaſterioꝝ q̄ ordinis ſancti Damiani fore ſe aſſerunt dioceſana lege dioceſanis ep̄is ſubiectoꝝ nr̄as ad vos lr̄as ip̄etrarunt: vt monaſterioꝝ ipſoꝝ ſollicitudinē gerentes: ⁊ curā eis correctionis ⁊ viſitationis officiū ip̄endatis ⁊ miniſtretis eccl̄iaſtica ſacramēta. Quia vero quedā ex ipſis monialibus interdū diſcurrūt per patriā cū deberēt poti⁹ viuere ſub clauſura: idē dioceſani ad quos cura monaſterioꝝ noſcit̄ ꝑtinere nō ſolū ꝯtra moniales ipſas verūetiā ꝯtra vos q̄bus inuitis eaꝝ cura interdū dimittit̄ ſepius cōcitant: ſup quo petijſtis a nobis ꝑ ipſius ſedis ꝓuidentiaz ſubueniri. Cū aūt intentōis nr̄e nō exiſtat vos grauare ſuper hoc ſeu dioceſanis ep̄is aliquod p̄iudiciū generare: vobis vniuerſis ⁊ ſingulis auc̄tate p̄ñtiū indulgem⁹: vt ad gerendū curā aliquoꝝ monaſterioꝝ p̄dicti ordinis ſancti Damiani vel eis hmōi officiū ip̄endendum ſeu miniſtrandū ſacramēta p̄dicta niſi ad romanā eccl̄iam nullo ꝑtineant mediante minime teneamini p̄textu aliq̄rū lr̄aꝝ a ſede ap̄lica ſub q̄cunq; forma obtentaꝝ vel obtinendaꝝ in poſteꝝ: q̄ de p̄ñtib⁹ plenā ⁊ exp̄ſſam nō fecerint mentionē. Illud idez de monaſterijs nouiter exēptis vel decetero eximendis nos volumus obſuare: vt nō teneamini cure ipoꝝ onus aſſumere: niſi quantū honeſtati vr̄e videbit̄ expedire. Nulli ergo. Datum anagnie. xv. kl̄s ſeptembris Pontificatus nr̄i anno primo.

Alex. 4. cōcedit ꝓſas ⁊ hymnuz angelicū in miſſis de ſpū ſctō et beate virginis marie fr̄es poſſe cantare.

ALexander ep̄us ⁊c. Miniſtris ꝓuincialibus ⁊ fratribus vniuerſis ordinis fratrū minorū. Preſſi graui orbis ſarcina ſub impoſita neceſſitate paſtoralis officij dū ꝓ cōi ſalute fideliū in cōmiſſo nobis miniſterio

ſatagimus: cum marthe ſollicitudine circa plurima forinſecus conturbamur: ita vt nobis vix diei horam poſſimus ſubripere: qua intrinſecus beate quietis vacemus ocio ad pedes domini cum Maria: ꝓpter quod iuuari pijs deuotarum orationū ſuffragijs plurimū indigemus. Hoc ſiquidem dilecti filij Pariſienſes ⁊ q̄ꝫ plurimorum locorum fratres veſtri ordinis tanq̄ꝫ deuotionis filij de patris veſtri ſalute ſollicite attēdentes ſtatuerūt: vt qualibet hebdoma ſinguli eorum ſacerdotes vnam miſſam de ſpiritu ſancto vel de beata virgine in priuato ⁊ cōuētus totus ſolemniter pro noſtra ſalute ac noſtro ⁊ eccleſie bono ſtatu celebrent: ⁊ alias ceterarū orationū ſacrificijs apud patrem luminū interpellent. Unde nos in hac parte ipſoꝝ deuotionis ſtudium dignis in domino laudibus cōmendantes: eis q̄ in p̄dictis miſſis ſolēnibus angelicū hymnū videlicet. Gloria in excelſis deo ⁊ ſequentias ſiue proſas miſſas cōpetentes hmōi: ſtatuto nō contrario ⁊ p̄ſertim metbis a nobis in generali capitulo edito nō obſtante licite valeant decantare ac etiā dicere in priuatis p̄ n̄ras lr̄as duximus concedendū. Quo circa vniuerſitatē veſtram attente requirimus et per dominū obſecramus: quatenus frequens negociū noſtrū quo premimur ſollicito pacis veſtre ocio adiuuātes: illud idem in ſingulis locis veſtris ſtatuere ac ſeruare curetis. Nos autem vt id liberius exequi valeatis licentiam hmōi vobis auc̄tate p̄ntiū duximus cōcedendā. Datū idibus Junij pontificatus noſtri anno ſecūdo.

*ano 1256*

Alex. 4. ꝯcedit nullū frēm abſq̄ ſuoꝝ p̄latorū licētia ab aliquo in ep̄m aſſūmi poſſe.

## Alexander ep̄us ⁊c. Miniſtro

generali ordinis fratrum minoꝝ. Petitio tua nobis exhibita continebat: q̄ cū aliqui fratres tui ordinis in aliquibus eccl'ijs in ep̄os eligūtur vel etiā poſtulant: ijdem fratres licet ꝓpriū velle nō habeāt aut nolle ꝓ eo q̄ renūciauerūt mūdo ⁊ ꝓprie volūtati ⁊ p̄ ſe nequeant conſentire: tn̄ irreq̄ſitis miniſtris ſuis quoꝝ licentia ⁊ teſtimoniū eſſet in talibus requirenda: interdum electionibus ſiue poſtulationibus de ſe factis temere conſentiunt: ⁊ locoꝝ archiepiſcopi fratres ipſos in epiſcopos aſſumere ac ordinare preſumūt. Propter quod plerūq̄ in eodem ordine ſcandalum generatur: ſup̄ quo ꝓuideri p̄ ſedem ap̄licam humiliter poſtulaſti. Cū autem predictum ordinem cum ſit recte vite ſpeculum ⁊ ſalutifere cōuerſationis exemplū velimus ſemper de bono in melius proſperari auc̄tate p̄ntiū de ſpāli gr̄a inhibem⁹: vt nulli prefati ordinis fratres ſi eos in epiſcopos eligi aut poſtulari contigerit: electioni ſeu poſtulationi de ſe facte audeant conſentire: nec aliq̄s archiepiſcopus ſeu quicūq̄ alius prelatus vel etiam legatus ſedis ipſius niſi fuerit cardinalis dictos fratres niſi de tua vel ipſorum fratrum ꝓuincialium miniſtroꝝ qui pro tempore fuerint licentia ⁊ aſſenſu aut ſedis eiuſdem ſpeciali mandato ad epiſcopatus vel alias dignitates extra dictum ordinem aſſumere vel ordinare preſumat. Nos autem decernim⁹ irritum ⁊ inane quicquid contra inhibitionem huiuſmodi a quocunq̄ cōtigerit attentari. Nulli ergo ⁊c. Datum anagnie. v. idus Junij Pontificatus noſtri anno ſecundo.

*ano 1256*

Alexander epũs ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialibus mi. ordinis fratrũ minoꝝ. Ex parte vr̃a nobis fuit intimatũ: ꝙ cũ cõtingat interdũ ad epales ⁊ alias ſupiores ſeu inferiores dignitates aliquos de fribꝰ vr̃i ordinis ꝓmoueri: ipi libros ⁊ alia q̃ tpe ſue ꝓmotõis habebãt licet nõ ad eos cũ ꝓprium eis habere nõ liceat ſed ad ordinẽ ꝑtineant memoratũ: ꝓpriis viſibus applicare preſumũt in ſuaꝝ preiudicium aiaꝝ. Quare ſuppliciter poſtulaſtis a nobis vt ꝓuidere ſup hoc ſalubriter curaremꝰ. Nos igitur eorũdẽ fratrũ ſaluti ⁊ indemnitati vr̃i ordinis paterna volentes ſollicitudine ꝓuidere: vt libros ⁊ alia q̃ ipos ꝓmotionis ſue tpe habuiſſe ſeu habere cõſtiterit: tibi fili generalis miniſter vel ſuis ꝓuicialibus miniſtris ſub: mora q̃libet dilatione reſignẽt ipis fratribus iam promotis in virtute obedientie: illis aũt quos ꝓmoueri ꝯtigerit ne reſignare differãt auctate pñtium duximus iniũgendũ: niſi forſan vos ipſoꝝ vſus eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpeciali. Datum laterani nonis Decembris Põtificatus noſtri anno primo.

Alex. 4. ꝯcedit fr̃i ẽs ad dignitates aſſumptos bona ſua ordini reſignare debere,

ano 1255

Alexander epũs ⁊c. Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris eorũq; vicarijs ordinis fratrũ minoꝝ ſalutẽ ⁊ aplicã bñdictionẽ. Sacre religionis vr̃e fama clariſſima ẽ ab vniuerſis ⁊ ſingulis ipam ꝓfitentibꝰ mẽte vigili cõſeruãda: ſed ab illis potiſſime quos ꝓ cauſis legitimis oportet aliq̃n ſe de ſuis cõuẽtibus ſicut obedientie virtus exigit abſentare. Sane nõnulli ex fratribꝰ ordinis vr̃i q venerabilibꝰ fratribus nr̃is archiepis ⁊ epis de ordine ipo ſuſceptis: quiq; in ſocios deputãt: illa ꝓut accepimꝰ p̃ſumũt ſepe ꝯmittere q̃ in eiuſdẽ ordinis ſcandalũ ⁊ in ſuaꝝ vergũt periculũ aiaꝝ. Cũ itaq; ſup hoc ꝑ ſedẽ aplicã deceat ſalubriter ꝓuideri, nos deuotioni vr̃e auctate pñtiũ duximus cõcedẽdũ: ꝙ ſinguli vr̃m illos ex fratribus eiſdẽ de q̃bus auctate lr̃aꝝ ſedis aplice ſeu legatoꝝ eiꝰ dictis archiepis vel epis ẽ ꝓuiſum viſitare corrigere, ac etiam nõ obſtante ꝯtradictione aliq̃ poſſint ad eundem ordinẽ reuocare. Ita tñ ꝙ ſi poſtmodũ dicti archiepi ⁊ epi apud vos vel aliquẽ vr̃m ꝓ habẽdis in ſocietate ipoꝝ alijs idoneis fribꝰ duxerit inſiſtendũ eoꝝ i hac pte deſiderio ãnuatis: dũmõ id vobis ꝯueniẽs ⁊ expediẽs videat. Ceteꝝ ꝑ lr̃as aplicas iã obtẽtas vel in poſteꝝ obtinẽdas q̃ de pñtibꝰ plenã ⁊ expſſã nõ fecerint mẽtionẽ nullos de fratribꝰ ipius ordinis p̃fatis archiepis ⁊ epis in ſocios teneamini deputare: niſi hoc honeſtati ordinis ⁊ illoꝝ ſaluti videritis expedire. Datũ laterani idibꝰ maij põtificatus nr̃i anno ſcdo.

Alex. 4. ꝯcedit p̃latos ordinis fr̃es ſuos in ſocios epis deputatos poſſe corrigere ⁊ ad ordinẽ reuocare.

ano 1256

Alexander epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris ac vniuerſis fratribꝰ ordinis minoꝝ. Salutẽ ⁊ aplicã bñdictionẽ. Piũ ẽ ⁊ ꝯſonũ equitati: vt vos q abnegãtes ſalubri

Alex. 4. ꝯcedit fr̃es non teneri ad exhibẽdam canonicã portionẽ reꝝ ſibi cõceſſaꝝ,

ter vos metipſos elegiſtis in paupertate chriſto pauperi ad placitum famulari tanq̄ nihil habentes ⁊ omnia poſſidētes: illi⁹ intuitu cui⁹ vicarij ſummus in terris illa pſeq̄mur grā: per quā cultus eius ampliari valeat ⁊ paupertas veſtra in aliquo releuari. Hinc eſt quod nos neceſſitatibus veſtris paterno compatiētes affectu: vt de ijs que in ornamentis vel proceis aut libris ſeu fabrica. luminaribus. aniuerſario. ſeptimo. viceſimo. triceſimo. ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum ſeu propitancijs ad ſuſtentationem veſtram aut indumentis veſtris vobis legantur nulli canonicam iuſticiam aut portionē aliquam teneamini exhibere deuotioni veſtre auctāte preſentiū indulgemus. Diſtrictius inhibentes ne quis a vobis de premiſſis aliquid exigere vel extorquere preſumat: ⁊ ſentētias omnes excōmunionis. ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſiquas vos vel aliquem veſtrum ſeu executores teſtamentorum vel heredes decedentium ſeu benefactores veſtros cōmuniter vel diuiſim per quoſcūq̄ contra huiuſmodi conceſſionem ⁊ inhibitionem noſtram contigerit promulgari decernentes irritas ⁊ inanes. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre conceſſionis inhibitionis ⁊ conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit indignationē oipotentis dei ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit

1259

incurſurum Datum anagnie. xiij. kalendas Februarij Pontificatus noſtri Anno quinto.

Alex. 4. de licētia legatoꝝ aliorū inferioꝝ ꝑlatoꝝ minime reqſita ꝑdicarͤ ꝯfeſſioneſq̄ audire poſſe frēs ꝯcedūt.

# Alexāder epūs. ⁊c. Patriarchis.

Archiepīs ⁊ epīs. Non ſine multa cordis amaritudine animiq̄ turbatione audiuim⁹: ꝙ nōnulli magiſtri ⁊ doctores ac alij acuentes vt gladiū linguas ſuas ⁊ venenū aſpidū gerentes ſub labijs ad infamiam: grauamen ⁊ diſpendium innocentū illud in ſugillationē ⁊ leſſionem dilectorum filioꝝ fratrū predicatoꝝ ⁊ minoꝝ nequiter vomuerūt. Et licet ipſos diſtincte nō noiauerint nec vocabulis ꝓprijs exꝑſſerint: eos tamen quibuſdam verboꝝ inuolucris ⁊ certis ac cautis circūlocutionib⁹ apertius innuerūt: ita ꝙ ex talibus coꝝ dictis manifeſte tanq̄ ſi expreſſiꝫ illos noiaſſent innotuit ꝙ de ipſis fratrib⁹ loq̄bant̄. Fuderūt iniquū vir⁹ ⁊ contra eos in ſcholis predicationibus ⁊ alibi aſſerere preſumpeſerūt: ꝙ in ſtatu ⁊ via ſaluandorum nō erant nec meritoria nec ſalutifera exiſtebat eoꝝ mendicitas ⁊ paupertas: cum deberent valitudine corporali et alijs iuſtis impedimentis ceſſantibus ꝓprijs manibus opari ſub ſpe alienī ſubſidij nō torpēdo: nec pro ſuſtentatione vel neceſſarijs ex:tranea mēdicando ſuffragia ſeu ab alijs v:te adminicula expectando. Nec de licentia vel ꝯmiſſione romani pontificis ſeu dioceſanoꝝ epōꝝ ꝑdicatōis exercere officiū ⁊ ꝯfeſſiones audire libere nō valebāt: tanq̄ ꝑ hoc ſacerdotib⁹ parrochialibus preiudiciū inferretur. Ad alia nihilominꝰ praua ⁊ iniqua in detractionē eoꝝ ⁊ ſuoꝝ ordinū derogationē ora maliloqua relaxādo. Cū igitur ijdem ordines fuerint dudum a ſede aplīca ſicut ſacri clari ⁊ cōſpicui approbati: ex quib:s iaꝫ nōnulli fratres ad ſupernā ꝑuecti patriā in ſctōꝝ numero ſunt aſcripti: ⁊ velut eminētia candelabra ⁊ duo magna

luminaria in eccl'ia dei luceant: ac ab ipoꝝ fribus ⁊ cultoribus ſacre do-
ctrine lumen diffundat: vbiqꝫ per orbē christi euāgeliū ardenter ⁊ effica
citer p̄dicet ac recta ⁊ ſana ꝯſilia ⁊ exempla ſalutaria p̄beāt: cū etiam di
cti frēs ſacre ſcripture ac verbi dei ſtudio ⁊ aiarum ꝓfectibꝰ necnō diui-
nis officijs ⁊ oronibus inſtanter ⁊ inceſſanter intendant: nequaq̄ marcē
tes ocio ſed ope ſe optimo ⁊ potiſſimo exercentes: cuꝫ ſapis opꝰ exiſtat
maximū: ne ſint plures qui opant̄ externis: q̄ qui ſtudiū cognoſcēde di
uinitatis exercent: vnde ⁊ dn̄s miniſtrāte ac opante martha: Marie au
dientiā attentionē ⁊ ſtudium circa verbū ipius precipue ꝯmendauit. Ex
quo liquido patet frēs ipſos ad operādū ſuis manibꝰ nō teneri: quinimo
ſi ijs itermiſſis laborarēt manibꝰ: potiora vtiqꝫ ac vtiliora in minora mi
nuſqꝫ vtilia opa nō ſine aiaꝝ diſpēdio ꝯmutarēt. Propter q̄ ꝯſtat me-
ritoriā exiſtere mendicitatē eoꝝ: ⁊ ipos tā ab ijs quibus predicāt q̄ ab
alijs elemoſynas petere ac recipere: illoſqꝫ ipas poſſe eiſdē fribus ſalu-
briter elargiri. Cū inſup ijdē frēs oia ꝓpter deū reliquerit exilia vite ſub
ſidia mēdicātes: christūqꝫ imitētur paupem ꝑfectionē euāgelicā ample
xando. Propter qd̄ euidenter apparet eos non ſolū in ſtatu ſaluādoꝝ
exiſtere ſed etiā ꝑfectoꝝ: ⁊ per ſue religiōis obſeruātiā que quidē ipius
ꝑfectiōis euāgelice tenet formā in eterne retributiōis premio ꝑcellentē
grām ꝓmereri. Cū etiā de licētia vel ꝯmiſſiōe aut ꝯceſſione romani pōti-
ficis ſeu legatoꝝ eiꝰ vel ordinarioꝝ locoꝝ licite poſſint p̄dicare pplīs ⁊
ꝯfeſſiones audire ac pnīas iniūgere ſalutares: alioꝝ inferioꝝ p̄latoꝝ ⁊
rectoꝝ eccl'iaꝝ ac ſacerdotū parrochialiū aſſenſu minime reqſito: volu-
mꝰ ⁊ p aplica vobis ſcripta diſtricte p̄cipiēdo mādamꝰ: q̄tenꝰ ſinguli
veſtrū in ciuitatibus ⁊ dioceſibus ſuis ad reqſitionē fratrū dictoꝝ ordi-
nū earūdē ciuitatū ⁊ dioceſū p ſe vel per alios ingrētes de plano ⁊ ſine
ſtrepitu iudicij ſup aſſertiōe ⁊ p̄ſūptione hmōi diligētiꝰ veritatē oēs ma
giſtros doctores ⁊ alios q ſiue in ſcholis ſiue in p̄dicatiōibꝰ ſeu alibi p̄-
miſſa vel aliqd̄ ipoꝝ dicere attētarūt vel in poſterū attētabūt ex pte nr̄a
monere ſtudeāt: vt infra certū terminū ab ipis p̄figendū eiſdē dictū ſuuꝫ
in his publice reuocent male ſe dixiſſe fatentes: illaqꝫ deteſtent̄ penitus
⁊ retractēt aſſerendo ꝯſtāter ꝯtrariū ⁊ illud etiā fideliter p̄dicando. Qꝫ ſi
forte ipi monitis eorūdē in hac pte acquieſcere nō curauerint: extunc con
tra eos ad ſuſpēſionis, excōicatiōis ⁊ ppetue priuatiōis bn̄ficioꝝ ſuoꝝ
eccl'iaſticoꝝ ſnīas ſublato cuiuſlibet appellatiōis impedimēto ꝓcedāt.
Laicos de hoc culpabiles vel fautores hmōi p̄ſūptoꝝ animaduerſione
debita ꝑcellētes: ſecl'aris brachij ad hoc ſi neceſſe fuerit auxilio inuocato.
Noſqꝫ nihilominus auctāte pñtium diſtrictiꝰ inhibemus: ne quiſq̄ pre
miſſoꝝ ptinaciter aſtruere vel quomodolibet defenſare preſumat. Qui-
cūqꝫ vero id preſūpſerit: tāq̄ ꝯtumax ⁊ eccl'ie romane rebellis ab oibus
fidelibꝰ habeat̄: ꝯtra quē etiā taliter ꝓcedemꝰ: q pena cōdigna ipm ꝓ
ſua temeritate feriet: ⁊ alij eius exēplo pterriti a preſūptione ſimili frena
būtur. Ne aūt aliqs ex ignorātia velamen excuſationis aſſumat: vobis
vniuerſis ⁊ ſingulis diſtricte precipimꝰ: vt ad reqſitionē frūm eorūdē or
dinū in ciuitatibꝰ ⁊ dioceſibꝰ vr̄is manētiū p̄ñtes lr̄as ⁊ eaꝝ tenorē in

eccleſijs ⁊ ſynodis veſtris publicetis ⁊ faciatis ſolēniter publicari. Non obſtantibus aliquibus litteris vel indulgētijs alicui vel aliquibus pſonis ab aplica ſede conceſſis: ꝙ interdici: ſuſpēdi vel excōicari aut extra ſuas ciuitates ⁊ dioceſes ſeu loca in cām trahi nō poſſint per lr̃as aplicas que de indulto hmōi plenā ⁊ expreſſam non fecerint mentionē: ſeu quibuſcūq; alijs indulgētijs ⁊ lr̃is ſedis ipius per quas effectus pñtium impediri valeat vel differri ⁊ conſtitutione de duabus dietis in ꝯcilio generali. Lr̃is venerabilibus fribus noſtris Turonenſi ⁊ rothomagēſi archiepis ⁊ epo pariſienſi ſuper hoc directis a nobis nihilomin⁹ in ſuo robore duraturis. Vos aūt memoratos frēs omni beniuolentia ⁊ gr̃a proſequentes: eos tanꝗ ꝓbatos ⁊ acceptos chriſti miniſtros habeatis ꝓ diuina ⁊ nr̃a reuerētia ꝓpēſius ꝯmendatos: ipſos ab iniurijs ⁊ moleſtijs opportunis pſidijs defendentes: ita ꝙ ex hoc vobis ⁊ veſtris eccl'ijs fortius obligemur. Datū laterani. iij. kl's aprilis pontificatus nr̃i āno. iij.

ano 1257

Alex. iiij. concedit de male acquiſitis ⁊ incertis relictis poſſe frēs recipe q̄cūq; ſibi donetur.

ALexander epiſcopus ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris ac fribus ordinis fratrum minoꝝ. fe. re. J. papa predeceſſor noſter ⁊ nos poſtmodū ad inſtar ipius dilectis filijs magiſtro ⁊ fribus militie tēpli hieroſolymitani pro exoneratione debitoꝝ qbus teneri dicūt vt de vſuris rapinis ⁊ alias quocūq; modo illicite acquiſitis: q̄ chriſti fideles mādāt reſtitui in vltima voluntate vel dum viuūt etiam ſi ſoſpitate fruātur reſtituere ſunt parati: ſi quib⁹ ipſoꝝ reſtitutio fieri debeat omnino inueniri non ꝑit: necnon de legatis indiſtincte in pios vſus relictis nō expreſſis locis aliqbus vel pſonis vſq; ad decē milia marcarū argēti: vbicūq; locoꝝ extra regnum alemanie recipere valeāt: per aplicas ſub certa forma lr̃as dicimur conceſſiſſe: diuerſis ſuper hoc eis executorib⁹ deputatis. Verū qꝛ ſicut intelleximꝰ dicti magiſtri ⁊ fratres ſup pmiſſis que ſiue vobis ſiue diſpoſitioni vel ordinationi alicui⁹ vel aliquoꝝ ex vobis quomodolibet relinquūtur: ſeu ſi executores decedentiū de talib⁹ eoꝝ diſpoſitioni relictis vobis velint aliqua elargiri: vos occaſione ꝯceſſionis hmōi inquietant multipliciter ⁊ moleſtāt. Nos ⁊ volētes paci ⁊ trāqllitati vr̃e paterna ſup hoc ſollicitudine ꝓuidere: vobis vniuerſis ⁊ ſingul' vt ſup tales lr̃as pdictꝫ magiſtro ⁊ frib⁹ ab aplica ſede cōceſſas nullū vob vtriq; ordini pñiudiciū generet: quin eiſdē lr̃is nequaꝗ obſtantibus ea q̄ de premiſſis vobis ⁊ ipi ordini relinquūtur ⁊ ab executoribus decedentium exhibēt: recipe ac de ijs q̄ vr̃e ꝯmittūt diſpoſitioni ordinare ac diſponere libere valeatis: auctē pñtium indulgem⁹ predictis magr̃o ⁊ fribus ac etiā executorib⁹ eorūdē in virtute obediētie diſtricti⁹ inhibētes: ne vos vel vr̃m aliquos pdictaꝝ lr̃aꝝ pretextu moleſtare ꝯtra hmōi tenorē inquietare ſeu quomodolibet pturbare preſumant. Nos eni nihilomin⁹ oēs excōicatiōis ſuſpēſiōis interdicti ſnias quas per eoſdem executores in vr̃os vel vr̃m aliquos occaſione huius ꝓmulgari ꝯtigerit decernimus irritas ⁊ inanes. Nulli ergo ⁊c. Datū viterbij. xvij. kl's nouēbris pontificatus noſtri Anno tertio.

ano 1257

Alex.iiij.idem qd in ſuperioꝛ i bulla concedit

# Alexander epus ⁊c. Uniuerſis

executoꝛibꝰ teſtamētoꝝ p̄ntes lr̄as inſpecturis. Ex parte dilectoꝝ filioꝝ miniſtri generalis ⁊ fratrū oꝛdinis minoꝝ fuit ꝓpoſitū coꝛam nobis: ꝙ cum aliqui veſtrū de male ablatis ⁊ illicite acquiſitis que fideles: neſcientes quibꝰ hoꝝ reſtitutio fieri debeat: necnō de hijs que hijdem fideles indiſtincte non expreſſis perſonis vel locis veſtro arbitrio ſeu de conſilio alicuius per vos in pios vſus eroganda ꝯmittunt velint eoꝛundem fratrū indigentijs prouidere: nōnulli eccleſiarū prelati necnō hoſpitalis ⁊ militie templi hieroſolymitani ac etiam militie ſancti iacobi domoꝛum magiſtri ⁊ fratres ac alij pro quibus ſuper obtinendis ab eis certis quātitatibus legatoꝛum huiuſmodi litteras noſtras direxiſſe dicūtur: per executores ſibi ſuꝑ hoc deputatos a nobis impedire ꝓcurant: ne predictoꝛum fratrū minoꝝ indigentijs de predictoꝝ legatis per vos valeat ſubueniri: propter qd duxerunt ad aplice ſedis auxiliū recurrendū. Cū igit̄ nr̄e intentionis non fuerit nec exiſtat per hmōi lr̄as ꝓuidēdi eiſdē frībus de predictis legatis vobis adimere facultatē: vniuerſitati vr̄e p̄ntiū auctē concedimꝰ: vt non obſtāte ꝯtradictione predictoꝝ executoꝝ: eiſdē fribꝰ minoꝛibꝰ de p̄dictis legatis ꝓuidere poſſitis ꝓut eoꝝ neceſſitatibꝰ videritis expedire. Nos.n. interdicti ſuſpēſiōis vel excōicatiōis ſn̄ias ſiquas ꝑ executores eoſdē in aliquos vr̄m vel fratres predictos ſeu quoſcūꝗ alios occaſione hmōi ꝯtigerit ꝓmulgari decernimus irritas ⁊ inanes. Datū anagnie.

ano 1256

Alexā.iiij. formā l[i]ciandi fratres ad alios oꝛdines tranſire volētes concedit.

# Alexāder epus ⁊c. Generali

⁊ ꝓuincialibꝰ miſtris oꝛdinis frūꝫ mioꝝ. Cū ⁊ plātare ſacrā religionē ⁊ plātatā fouere ſūmo ope debeamꝰ expedit vt ſic circa ipa ꝫea q̄ ſunt recta nutrimꝰ: ſic ⁊ ea q̄ ꝓfectū vtutꝫ īpediūt corrigi diligēti ſollicitudine ꝓcuremꝰ. Ad audiētiā nr̄aꝫ qdē ꝑuenit: ꝙ nōnulli frēs oꝛdinē vr̄m ꝓfeſſi aſſerentes ſe ipius oꝛdinis obſeruantias ſuſtinere non poſſe: trāſeundi ad ſancti bn̄dicti vel cartuſienſiuꝫ oꝛdines ꝓcurant ſibi a nobis l[i]ciam exhiberi: nō ea intentiōe aliqñ ꝙ remaneant in eiſdē: ſed vt ab eis tranſeāt ad alios oꝛdines obſeruātie mitioꝛis ⁊ ab his ad ſeculū reuertātur ſecū in apoſtaſia ſua ꝑ illoꝝ ꝑſonas agi mitius confidentes. Sicꝗ multa ꝯmittūt per que deum offendunt ⁊ oꝛdinem veſtrum apud illos precipue qui de ipſo eos fuiſſe nouerunt plurimum inhoneſtant. Quia igitur honoꝛem oꝛdinis veſtri predicti ⁊ ſalutem in eo degentium perſonarum intimo zelamur affectu: vobis in virtute obedientie auctoꝛitate preſentium diſtrictius inhibemus ne de cetero aliquibus ipis veſtri oꝛdinis fratribus huiuſmodi licentiam concedatis: niſi ſub ea conditione ꝙ in oꝛdine ad quē licentiāt̄ debeāt remanere. Nos eni ſi tales ab eo abſꝗ ſpāli ſedis aplice idulgētia vel ad mitioꝛē oꝛdinem tranſiuerint vel quod abſit ad ſeculum reuertantur: volumꝰ vos ac ſucceſſoꝛes vr̄os circa ipos rigoꝛē vr̄i oꝛdinis exercere ac here

uim⁹ qcquid circa ↄceſſionē hmõi licentie ſecus feceritis irritum ⁊ inane. Nulli ergo ⁊c. Datum.

Alexan. iiij. ſtigmata. b. frãciſci in maxima veneratiõe haberi dicit.

Alexander epũs ⁊c. Uniuerſis chriſti fidelibus p̄ntes lr̃as inſpecturis. Grãde ac ſingulare miraculũ quo beatum franciſcũ ip̄e ſanctoꝝ ſplendor ⁊ gloria dñs ieſus chriſtus mirabiliter decorauit: vobis ſe. re. Gregorius papa. ix. predeceſſor noſter clara ſua inſinuatiõe lr̃arum expreſſit: videlicet ꝙ idem ſcũs cũ adhuc ſpaciũ p̄ntis vite pcurreret ⁊ poſt ꝙ̃ illud feliciter ↄſũmauit: in manibus latere ac pedibus ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſignitus. Cum igit̃ tam inſigne amoris diuini ſignũ qđ vtiq̃ ante eius obitum patuit: ⁊ nobis etiã tunc notũ fuit eodem predeceſſore in minori adhuc officio ↄſtituto ab oĩbus chriſticolis credi firmiter cupiam⁹: deuotionē vr̃am rogam⁹ ⁊ hortamur in dño ieſu chriſto in remiſſionē vobis peccaminũ iniungendo: quatenus ab aſſertione ↄtrarij: que non niſi ex cordis malignitate pcederet aurē ⁊ mentē penitus auertatis: reddentes vobis eũdem ſanctũ digna veneratiõe ppitiũ apud deũ: vt adiuti p̄cibus eius ⁊ meritis felicitatis eterne poſſitis pticipium obtinere. Datum agnie.

anno 1256

Alex. iiij. inhibet fr̃ibus cõfitẽtes abſq̃ ſuorum prochialium lr̃ia a quoq̃ moleſtari.

Alexãder epũs ⁊c. Generali ⁊ pũincialibus miniſtris ⁊ vniuerſis fr̃ib⁹ ordinis fratrũ minoꝝ. Cũ olim quidã temere ſentientes ⁊ ad ſobrietatē ſapere neſcientes impudenter aſſererent: ꝙ de lr̃ia ⁊ cõmiſſione dioceſanoꝝ epoꝝ libere non poteratis predicatiõis exercere officium: ⁊ confeſſiones audire ſine parrochialium ſacerdotũ lr̃ia ⁊ aſſenſu: nos ad tollendam ⁊ confutandã aſſertionē hmõi ⁊ dilucidandã in talibus veritatē dudũ in quibuſdã noſtris lr̃is determinãdo expreſſimus: ꝙ vos de lr̃ia vel cõmiſſione aut ↄceſſione legatorum ſedis apoſtolice vel ordinarioꝝ locorum libere poteſtis predicare populis: audire confeſſiones ac p̄nias iniungere ſacerdotum parrochialiũ aſſenſu minime reqſito. Volẽtes igit̃ hmõi nr̃am determinationē irrefragabiliter obſeruari: auctē p̄ntiũ diſtricti⁹ inhibem⁹: ne qſq̃ ſup his vel eoꝝ aliquo vos vel aliquem vr̃m aut etiã ↄfitentes vobis ↄtra premiſſe determinatiõis formã aliquaten⁹ moleſtare p̄ſumat. Decernẽtes nihilomin⁹ irritum ⁊ inane quicqđ a quoq̃ ↄtra inhibitionē hmõi contigerit attentari. Nulli ergo ⁊c. Datũ anagnie. iij. idus Martij. pontificatus noſtri anno qnto.

ano 1255

Alexãn. iiij. ſtigmata. b. frã. in magna haberi veneratione mãdat eaq̃ impꝛeſſa nõ eē aſſerẽtes excõicatos denũtiat.

Alexander epũs ⁊c. Uniuerſis archiep̄is ⁊ ep̄is per caſtelle ⁊ legionis regna cõſtitutis p̄ntes litteras inſpecturis. Quia longum eſſet nedum exarare per ſingula verborum: ſed etiam ſuccincta relatione perſtringere clara diuine virtutis prodigiaque tam in operationibus ſanctitatis ꝙ̃ etiam in alijs mirabilibus argumentis probauerunt beatum franciſcum chri-

ſti confeſſorem tenere cum ſanctis ſolium glie in excelſis: ſignanter vo-
bis aũt oculos ꝓponi volumꝰ recolēda frequētius ⁊ vehemētius admi
randa illa ſaltem dñice paſſionis inſignia: que in eiuſdeȝ ſancti corpore
dum adhuc vitali ſpiritu foueret manus celeſtis operationis impreſſit.
Viderunt nāqꝫ oculi fideliter intuentes ⁊ certiſſime ꝯtrectantium digi-
ti palpauerũt: ꝙ in manibus eiꝰ ⁊ pedibꝰ expreſſa vndiqꝫ ſilitudo clauo
rũ de ſubiecto ꝓprie carnis excreuit vel de materia noue creatiōis accre
uit: quā equidē idem ſcũs ſtudioſe ab oculis hoīuȝ quoꝝ refugiebat glo
riā dum viueret abſcōdebat. Jnuēta eſt quoqꝫ patētius in ipius defun-
cti corpore non inflicta humanitus nec facta plaga vulneris lateralis q̄
ſi aliquod inſtar lateris ſaluatoris qđ redemptionis ⁊ regeneratiōis hu
mane in redemptore noſtro protulit ſacramentum. Que quidem plaga
ſicut quoſdam ex fratribus ſibi familiariter adherentibus latere non po
tuit per defluxuȝ humoris: diu antea vixerat in viuente. Hec igitur mi-
ra ⁊ decora noue demonſtrationis indicia magne debent eſſe deuotio
nis diuitie chriſtianis: ⁊ ineſtimabiles religionis delicie in ſpiritualibꝰ
ꝯuiuijs eccłie ortodoxe: cum ex his ſyncera fides accipiat illi etiam fue-
rint paſſionis chriſti ſine extrinſeco perſecutore ꝯſortes qui pro eiuſdem
amore carnē ſuā cũ vitijs ⁊ cōcupiſcētijs volũtarie crucifixerunt. Sane
de p̄fato ſcō hec certius aſſerētes: indoctas fabulas ſeu vane adinuētiōis
delirāmēta nō ſequimur: cum ea nobis dudũ nota fecerit plenior fides:
quando videlicet nos minoribus conſtituti confeſſoris eiuſdem famili-
arē ex munere diuino meruimus habere noticiaȝ: fe. re. Gregorij pape
predeceſſoris noſtri domeſticis obſequijs tunc tp̄is inſiſtendo. Cum igit̄
oportuerit ⁊ oporteat cauere prudenter ne tanti patrocinij gratia celitꝰ
in memorato confeſſore collata in vacuum aſſumatur: vobis ⁊ alijs ec-
cleſiarum prelatis per nostras lr̄as dediſſe meminimus in mandatis:
vt eiuſdem ꝯfeſſoris precioſa merita ⁊ miracula magnalia ⁊ ſalutarem
memoriā celebritate annua predicatione frequenti ⁊ veneratiōe aſſidua
recenſentes: ad ipius deuotioneȝ gr̄e diuine mer toriā ſubditos veſtros
celebribꝰ excitare monitis curaretis: vt eo pro vniuerſo fideliũ pp̄lo ac p̄
ſertim ꝓ his qui eũ innocauerint diuinā miāȝ implorāte mereāt̄ ſuppli-
ces: qđ operũ ſuoꝝ poſſibilitas obtinere nō pōt: eiꝰ interceſſiōibus im
petrare. Mādauimꝰ etiā vt nullꝰ eidem ſancto auderet eſſe moleſtus in
corpore ſuo chriſti ieſu triumphalia ſtigmata perferenti. Si quis vero
ſpiritu temerarie preſumptionis inſaniens diuini muneris inuidus ⁊ a-
poſtolici iudicij ſacrilegus impugnator: premiſſa vel alia prodigiorum
ſigna q̄bus in eccłia dei ſanctitas predicti ꝯfeſſoris eluxit: improbe con
tradictiōis morſibus crederet obtrectanda: voluimꝰ ⁊ mandauimus vt
eum ſani menti reſtitueret iudicialis ſeueritas diſcipline. Jta ꝙ diſtricta
p̄lati ꝓprij caſtigatione correptus dei opera blaſphemare deſiſteret: ⁊ ſi
dei catholice fructus de pia mirabiliũ dñi credulitate pullulans nō are-
ret. Verum poſt hmōi nr̄as exhortationes ⁊ lr̄as ex relatione quorũdā
fide dignoꝝ dolētes accepimꝰ ⁊ referimꝰ conturbati: ꝙ nōnulli religioſi
⁊ clerici ſeculares de caſtelle ⁊ legionis regnis circa dictũ ꝯfeſſorem ꝯdi

gnam reuerentiam gerere ꝯtẽnentes: quandoqꝫ in publico ⁊ frequenter aſſerũt in occulto ꝙ idem cõfeſſor nõ habuerit ſtigmata memorata. Ipſi etiam in tantam prorumpunt inſaniam: ꝙ de imagine confeſſoris eiuſdem vbicũqꝫ illam depictã inueniunt ſtigmata ipſa dãnabiliter abolent ⁊ faciunt aboleri prohibendo pictoribus ne prefatũ ꝯfeſſorẽ cum ſtigmatibus depingant eiſdem: ꝓpter qḋ ipſius confeſſoris honori ⁊ deuotioni fidelium multũ adimitur: ac venerande religioni dilectorum filiorũ fratrum de ordine minorum grauiſſime derogatur. Cuꝫ itaqꝫ ſuper his ad honorem altiſſimi opportunum per nos deceat remediũ adhiberi: apoſtolica auctoritate decernim⁹: vt omnes de regnis predictis qui de imagine confeſſoris eiuſdeꝫ hmõi ſtigmata aboleuerint ſeu abolere fecerint ⁊ qui predicauerint dictum confeſſorem ipſa ſtigmata nullatenus habuiſſe: cuiuſcunqꝫ ordinis vel conditionis exiſtant eo ipſo laqueum excõicationis incurrant: a qua non poſſint abſolui niſi perſonaliter apoſtolicaꝫ ſedem adeant ſuper hoc abſolutionis beneficium petituri. Et ſi tales forte doctores ſeu lectores in theologia ſeu quacũqꝫ alia facultate fuerint: lectionis ſi doctores: predicationis officijs ſi predicatores: ſi vero poteſtatẽ audiendi confeſſiones habeant ea ſint omnino priuati: ⁊ quilibet ipſorum nihilominus qui huiuſmodi officia vel poteſtatem ſimul habuerit ſimilem horum priuationem incurrat. Ut aũt hmõi preſũptionib⁹ finis deſiderabilis imponatur: fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta diſtricte precipiendo mandamus: quatenus ſeriem preſentiuꝫ oĩbus religioſis ⁊ clericis ſecularibus exemptis ⁊ non exemptis veſtrarum ciuitatuꝫ ⁊ dioceſium fideliter per vos vel alium ſeu alios exponatis: facientes excõmunionem ⁊ priuationem huiuſmodi appellatione remota firmiter obſeruari: contradictores per cenſuram eccleſiaſticã appellatiõe poſtpoſita compeſcendo. Preceptũ vero noſtrũ in hac parte taliter adimplere cureti: vt iiuria quã dei fili⁹ in ſcõ ſuo ſup his pati dignoſcit: cordib⁹ veſtris eſſe moleſtiſſima videatur: ita ⁊ per ꝯſequẽs grẽ diuine premiuꝫ ⁊ nr̃i fauoris vobis ꝓueniat incrementũ. Datũ anagnie. v. kl's augusti põtificatus noſtri Anno quinto.

1259

Alex. iiij. ꝯuentiones ⁊ pacta in p̃iudiciũ ordinis facta irrita eẽ decernit.

Alexander epiſcop⁹ ⁊c. Generali miniſtro frũm de ordine minoꝝ. Mente ſollicita debent a nobis illa corrigi ac etiã in irritum reuocari: ſi non ſolum iuri ꝯtraria ſed pijs locis ꝗplurimũ ſunt nociua. Sane lecta coram nobis tua petitio continebat: ꝙ licet fratres ordinis tui ex ſtatuto ſeu cõſuetudine ipſius ordinis abſqꝫ tuo ⁊ ſuoꝝ ꝓuincialiũ miniſtrorũ aſſenſu nullas ſuper his poſſint cõpoſitiones facere que ad eundẽ noſcuntur ordinẽ ꝑtinere: nõnulli tamen guardiani cuſtodes ⁊ fratres ipſi⁹ ordinis pro redimẽdis vexatiõib⁹ que ſibi a religioſis pſonis ⁊ clericis ſecularibus ſepe ſepius inferuntur: diuerſas cum eis ꝯpoſitiones ⁊ pacta obligatiõibus interpõſitis ⁊ adiectis conditiõibus ſup locis ad dictũ ordinẽ ꝑtinentibus eorũqꝫ cimiterijs ſine tua ⁊ ipſoꝝ miniſtroꝝ lĩia ſunt inire coacti. Qua re ꝓ pte tua humiliter petebatur a nobis: vt cum

ꝯpoſitiões pacta ꝯditiões ⁊ obligationes hmõi redūdent in graue ꝺtrimentum ordinis memorati: ſubuenire ſup hoc paterna diligentia curaremus. Nos itaqꝫ tuis ſupplicatiõibus inclinati: cõpoſitiones, conditiones, obligatiões ⁊ pacta omnia quocunqꝫ noīe cenſeantur: que ſup p̄miſſis abſqꝫ tua ⁊ dictoꝝ miniſtrorum prouincialiū licentia ⁊ aſſenſu cõtra hmõi predicti ordinis ſtatutum vel ꝯſuetudinem taliter inita eſſe noſcūtur cum ſint temeraria penitus ⁊ indigna: p̄ntium auc͠tate irrita decernim⁹ ⁊ nulli⁹ exiſtere firmitatis: ac miniſtros, guardianos, cuſtodes ⁊ frēs eoſdē ad eoꝝ obſeruantiā nō teneri. Nulli ergo ⁊c. Datū anagnie ſeptimo kl's auguſti pontificatus noſtri Anno quinto. ano 1259

Alexander epiſcopus ⁊c. Priori puīnciali fratrū ꝑdicatoꝝ in alemania. Profundi doloris aculeo pungimur: quādo pſonas illas de graui culpa notabiles inuenimur: que ſe diuino cultui perennis obtentu glorie ſub regulari habitu videntur ꝑpetuo aſtrinxiſſe. Sane mirantes audiuimus ⁊ referim⁹ cõturbati: ꝙ quidā frater tui ordinis apud viennā ⁊ alemaniā ꝓponēs verbum dei contra btām claram poſtqꝫ diuine pietati cõplacuit ꝙ ipam ꝓ ſuoꝝ excellentia meritoꝝ diuerſis miraculis illuſtratā ſedes ap̄lica ſolēni deliberatione premiſſa catalogo ſcõꝝ aſcripſit: in obſequia ꝓphana prūpens pollutis labijs p̄ſūpſit exprimere: ꝙ eadem ſcā clara cui⁹ felix aīa in conſpectu fulget altiſſimi ſcõꝝ non erat aggregata collegio: ⁊ ꝙ p̄fate ſedis iudiciū in aſcriptione predicta erroneū extitiſſet. Quia vero taliter ipius fratris puniri debet inſania: ꝙ ⁊ ipe ſue ꝓſūptionis exceſſuz deploret corde humili ⁊ alijs tollatur audacia ſimilia faciēdi: diſcretioni tue per ap̄lica ſcripta in virtute obediētie diſtricte ꝑcipiēdo mādamus: qͣten⁹ inq̄ras ſup hoc diligenter ac ſollicite veritatē: ⁊ ſi rez inueneris ita eſſe: dictū frēm ꝙ in publica ꝑdicatione ſua maledictū hmõi ſine omni difficultate ſeu dilatione retractet monitione p̄miſſa ꝑ cēſurā eccleſiaſticā appellatione remota ꝯpellas: eumqꝫ nihilomin⁹ auc͠te nr̄a pemptorie citare ꝓcures: vt infra terminū ꝯpetentē quē ſibi duxeris p̄figendū pſonaliter compareat corā nobis ꝓ meritis recepturꝰ. Quicqd aūt inde feceris ⁊ diem citationis ⁊ formā nobis ꝑ tuas lr̄as harū ſeriē continentes exponere fideliter non omittas. Datum. iij. nonas Junij pontificatus noſtri Anno ſexto

Alexā.iiij. quēdā frēm ꝑdicatorē. b. claram nō eſſe in celo collocatam publice aſſerentē grauiter reprehendit.

ano 1260

Alexander epiſcopus ⁊c. Patriarchis archiepis ⁊ epis. Quidam ſcripture ſacre intelligentiaz ſe habere fatentes ⁊ infra. Libellum quēdam valde pernicioſū ⁊ deteſtabilem temere componentes ⁊ infra. quia in ipo quedam peruerſa ⁊ reproba contra poteſtatem ⁊ auctoritatē romani pontificis ⁊ corporum ſuoꝝ: ⁊ nonnulla contra illos qui propter deum ſub arctiſſima paupertate mendicant mundū cum ſuis opib⁹ voluntaria inopia ſuperantes: alia vero contra eos qui ſalutem aīarū zelantes ardent: ⁊ ſacris ſtudijs ꝓcurantes multos in eccleſia dei opantur ſp̄uales ꝓfect⁹ ⁊ magnū

Alex. iiij. quēdā libellū contra ſtatū mēdicātiū editū dānat: eū ꝯburi ꝑcipiens.

ſibi faciunt fructum: quedam vero cõtra ſalutem pauperum ſeu mendicã
tium religioſorum ſtatũ ſicut ſunt dilecti filij fratres minores ⁊ predicato
res q̃ vigore ſpũs ſeculo cum ſuis delicijs derelicto ad ſolam celeſtẽ pa
triam tota intentione ſuſpirant: necnon ⁊ alia plura incõuenientia digna
vtiq̃ cõfutatione ⁊ confuſione ꝑpetua manifeſta comperimus cõtinere.
Quia etiam idem libellus magni ſcandali ſeminarium ⁊ multe cõturba
tionis materia exiſtebat: ⁊ inducebat etiã diſpendiũ animarũ cũ detrahe-
rentur a deuotione ſolita ⁊ cõſueta, elemoſynarũ largitione ac cõuerſione
⁊ religionis ingreſſu fideles: libellum eundem qui ſic incipit. Ecce viden-
tes clamabunt foris. q̃ ſecũdum ipſius titulum tractatus breuis de peri-
culis nouiſſimorũ temporũ nũcupatur: tanq̃ iniquũ ſceleſtum ⁊ execrabi-
lem ⁊ inſtructiones ⁊ documenta in eo tradita vt pote praua, falſa ⁊ nefa
ria de fratrum noſtrorũ conſilio auctoritate apoſtolica preſente magna fideli
um multitudine duximus reprobanda ⁊ in perpetuũ condemnanda: di-
ſtricte precipientes: vt quicũq̃ libellum illum habuerint: cum infra octo
dies ex quo hmõi noſtram reprobationem ⁊ condemnationem ſciuerint
prorſus in toto ⁊ in qualibet ſui parte comburere ⁊ abolere ꝓcurent. In il
lis q̃ hmõi precepti noſtri fuerint contemptores excõionis ſentẽtiã pro
mulgantes firmiter in virtute obedientie precipiendo: ne quiſq̃ predictũ
libellum iam apoſtolico condemnatum iudicio approbare vel quomodo
libet defendere preſumat. Et ſiquis preſumpſerit: tanq̃ contumax ⁊ ino-
bediens ⁊ rebellis Romane eccleſie ab omnibus habeatur ⁊c. Ideo fra-
ternitati veſtre per apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte preci-
piendo mandamus: quatenus ſinguli veſtrum ad requiſitionem eorũdẽ
fratrum in ciuitatibus ⁊ dioceſibus veſtris manentiũ huiuſmodi noſtrã
reprobationem, condemnationem, preceptum ⁊ prohibitionem ac ꝑmiſ
ſa omnia in locis earundem ciuitatum ⁊ dioceſum vbi expedire viderint
ſolemniter publicare ſtudeant ⁊ faciant: cõtradictores ⁊c. Nulli ergo ⁊c.

ano 1259

ano 1260

Alex. 4. inhibet frib⁹ ciſterciẽſibus frẽs mino. poſſe in ſuo ordine recipe.

Alexander ep̃us ⁊c. Uniuerſis
abbatibus prioribus prepoſitis cõuentibus monaſteriorum
ſancti benedicti, ciſtercienſium, ſancti Auguſtini, premonſtra
cenſis, camalduleñ. ⁊ vallis vmbroſe ordinũ. Ueſtram ⁊ ve-
ſtrorum ordinũ condecet honeſtatem: vt ordinate charitatis ſtudio inſu-
dantes: ſuper ijs que tanq̃ ingrata vobis ⁊ inimica refugitis neminem
offendere preſumatis. Hinc eſt ꝙ nos dilectorum filiorum fratrũ de or
dine minorũ ſupplicationibus inclinati: vniuerſitati veſtre per apoſtolica
ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mãdamus: quatenus
ſiquos fratres ipſius ordinis abſq̃ ſuorũ miniſtrorũ petita ⁊ obtenta licen
tia recepiſtis: eidem ordini ſine dilatione ⁊ difficultate qualibet reſtituere-
ſtudeatis. Nos aũt ad precludendam viam ſimilia in poſterũ preſumẽ-
di auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus: ne pretextu quarũcunq̃ lit
terarum a ſede ap̃lica generaliter vel ſpecialiter obtentarũ ſeu obtinenda
rum que de preſentibus plenam ⁊ expreſſam nõ fecerint mentionem: in
poſterum dicti ordinis fratres ꝓfeſſos ſine prefata licentia in ordinibus

vēſtris aliqualiter admittatis. Ac decernentes nihilominus irritum ⁊ in-
ane quicqd per vos contra preceptum ⁊ inhibitionem noſtraȝ ſuper hoc
contigerit attentari. Eadem auctoritate ſtatuimus: vt preſumentes ſciē-
ter contra hmōi preceptum ⁊ inhibitionē noſtram propria temeritate ve
nire ipſo facto ſententiā excōicationis incurrant: a qua nō poſſint abſol-
ui: niſi conſpectui ſedis aplīce perſonaliter ſe preſentēt ab ea iuxta ipſius
ꝓuidentiā abſoluendi. Nulli ergo ⁊c. Datuȝ laterani. ſcdo nonas febru
arij pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

ano 1261

Alex. 4. mādat eccliaꝝ ꝑlatos eligētibꝰ apud frēs ſepulturā ſacramenta ec cleſiaſtica mini ſtrare.

# Alexāder epūs ⁊c. Archiepīs

⁊ epīs per lombardiam ⁊ romandiolā conſtitutis. Dilecti
filij Miniſter ⁊ frēs minores adminiſtratiōis bononie no
bis ſignificare curarunt: ꝙ nōnulli prelati rectores ⁊ cleri
ci eccliaꝝ. ciuitatum ⁊ diocesum adminiſtrationis eiuſdeȝ vobis ſubiecti
parochianis ſuis pro eo dumtaxat ꝙ apud ipſos frēs eligūt ſepulturaȝ:
in extremis eccl'iaſtica denegant ſacramenta. Quocirca vniuerſitati vr̄e
per apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo manda-
mus: quatenus prelatos rectores ⁊ clericos predictos ꝙ pretextu huiuſ-
modi parochianis eiſdem ſacramenta nō ſubtrahant: ſupradicta moniti
one premiſſa per cenſuram eccl'iaſticā iuxta officij vr̄i debitū appellatōe
remota cogatis. Alioquin venerabili fratri nr̄o archiepō rauēnenſi ⁊ dile
cto filio. M. canonico mucinenſi damus nr̄is lr̄is in mādatis: vt ipſi ſup
hoc mandatum aplīcum exequētes: eoſdem ꝑlatos rectores ⁊ clericos a
ꝓſumptione hmōi monitione premiſſa per cenſuram eandem ſublato ap
pellationis impedimento cōpeſcant: nō obſtante ſi aliquibus a ſede apo-
ſtolica ſit indultum: ꝙ interdici: ſuſpendi vel excōmunicari non poſſint ꝑ
lr̄as dicte ſedis non facientes plenam ⁊ expreſſam de indulto huiuſmo-
di mentionem: ſiue quauis alia eiuſdeȝ ſedis indulgentia per quam id im
pediri valeat vel differri: ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in con-
cilio generali. Datum.

Clemēs. 4. cō cedit nullum le gatū vl' quēcū ꝗaliū quaſlibȝ ſentētias cōtra frēs ꝓmulgaꝛ poſſe.

# Clemens epūs ⁊c. Miniſtro

generali ⁊ fratribus ordinis fratrum minorum. Exigenti
bus veſtre deuotionis meritis votis veſtris libenter ānu
imus: ⁊ petiones veſtras quantuȝ cū deo poſſumus fauo
rabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit ꝓpoſitum coram no-
bis: ꝙ nōnulli aplīce ſedis legati ⁊ delegati eorumqȝ ſubdelegati aucta-
te lr̄arum ſedis eiuſdeȝ in quibus de ordine veſtro ſpecialis mētio nō ha
beatur in aliquos veſtrū vel loca vr̄a excōicationis ſuſpēſiōis ⁊ interdicti
ſententias fulminare preſumūt: ⁊ faciūt ab alijs fulminari: ac mandant
eos excōicatos publicos nūciari: ⁊ tāqȝ excōicatos ab oībus arctius eui
tari in veſtrum nō modicum preiudicium ⁊ ſcandalum plurimorum. Vo
lentes ergo paci ⁊ tranquillitati veſtre paterne ſollicitudine precauere: ve
ſtris ſupplicationibus inclinati: ne ab aliquo legato niſi de latere apoſto-
lice ſedis miſſo vel delegato aut ſubdelegato auctoritate litteraruȝ ſedis

ano 1265

predicte excōmunicari: ſuſpendi vel interdici poſſitis: niſi littere ipſe plenam ⁊ expreſſam de ordine veſtro ⁊ indulto huiuſmodi fecerint mentionem auctoritate vobis preſentium indulgemus. Ac decernimus nihilominus omnes ſententias irritas ⁊ inanes ac nullius exiſtere firmitatis: quas contra tenorem preſentis indulti per quemcunqꝫ decetero contigerit ꝓmulgari. Nulli ergo. Datum. xvij. kalendas Julij pontificatus. n. anno primo.

Cle. 4. cōcedit frēs ō ſedꝫ apli ce legati licentia poſſe ꝑdicare ⁊ ꝯfeſſiones audire.

## CLemēs epūs ⁊c. Generali miniſtro ⁊ fribus vniuerſis ordinis minoꝝ.

Quidā temere ſentientes ⁊ ad ſobrietatem ſapere neſcientes impudenter preſumūt aſſerere: ꝙ de licentia vel cōmiſſione aut conceſſione romani pontificis ſeu legatoꝝ aplice ſedis vel ordinarioꝝ locoꝛū vos ſine ſacerdotū parochialiū licentia ⁊ aſſenſu nō poteratis libere predicare populis: audire confeſſiones: abſoluere confitentes ac penitentias iniungere ſalutares. Nos igit̄ volentes aſſertionem tā temerariā penitus confutare ac elucidare in talibus veritatē: deliberatione ꝓuida declaramus: ꝙ ſi vobis detur licentia: cōmittatur ſeu cōcedatur a legatis ꝑdicte ſedis aut ordinarijs locoꝝ (nedū a romano pontifice de quo ꝓculdubio eſſet erroneum dubitare an in omnes ſine alicuius conſenſu immo inuitis qbuſlibet hmōi poſſit concedere poteſtatem) populis legatis ⁊ ordinarijs ſubiectis eiſdem libere predicare poteſtis: audire confeſſiones. abſoluere vobis cōfitentes: ac penitentias vobis cōfitentibus iniungere ſalutares aliorū inferioꝝ prelatoꝝ ⁊ rectoꝝ eccliarū ac ſacerdotum parrochialiū aſſenſu nullatenus requiſito: illis caſibus exceptis qui de iure cōſuetudine ſeu retentione ab eis ſpecialiter facta ſedi. legatis ⁊ ordinarijs predictis ſpecialiter relinquūtur: ad quos nō licet vos manus extēdere: niſi vobis ſpecialiter cōmittatur. Ideoqꝫ auctate aplica diſtrictius inhibemus: ne quiſqꝫ ſup his vel coꝝ aliquo vos vel aliquē vſm aut etiā cōfitentes vobis vel ad predicationes veſtras forſitan accedentes cōtra premiſſe declarationis formaꝫ aliquatenus moleſtare preſumant. Decernentes nihilominus irritum ⁊ inane quicquid a quoqꝫ contra declarationem ⁊ inhibitionem hmōi contigerit attentari. Nulli ergo ⁊c. Datū peruſij. xij. kl's Junij pontificatus noſtri anno primo.

an. 1266

Cle. 4. cōcedit monialibꝰ. S. Clare nō teneri ad ſubſidia vl' legatū qbuſcūqꝫ ſoluēda.

## CLemens epus ⁊c. Vniuerſis

abbatiſſis ⁊ cōuētibus ſoroꝝ incluſaꝝ monaſterioꝝ ordinis ſancte Clare. Quāto ſtudioſius deuota mēte ac humili ordine contemplationis. vacatis obſequijs: tanto libentius vſe pacis ꝓcuramꝰ cōmodū ⁊ qetis. Attendētes igit̄ ꝙ licet qꝫ plura monaſteria vſi ordinis varias poſſeſſiones obtineant: idem tñ ordo in paupertate fundat̄ voſqꝫ volūtarie paupes chriſto paupi deſuitis: vſis ſupplicatōibus inclinati: vt vos ſeu veſtrū aliq̄ ad exhibendū ꝓcuratōes aliqs legatis vel nūcijs aplice ſedis ſiue ad ꝑſtandū ſubuētionē quācūqꝫ

vel ad ɔtribuendū in exactionib⁹ vel collectis ſeu ſubſidijs aliqb⁹ p lr̃as dicte ſedis aut legatoꝝ vel nūcioꝝ ipſoꝝ ſeu rectoꝝ terraꝝ vl' regionum quarūcunqꝫ minime teneamini: nec ad id cogi poſſitis etiā ſi i hmōi ſedis eiuſdem ɔtineat̃ lr̃is: ꝙ ad queuis exempta ⁊ nō exēpta loca ⁊ monaſteria ſe extendāt ⁊ aliq̃ eis cuiuſcūqꝫ tenoris exiſtat ipſius ſedis indulgētia nō obſiſtat: niſi forſan lr̃e ipē dicte ſedis d̄ indulto hmōi ⁊ ordine vr̃o plenam ⁊ expreſſaꝫ fecerint mētionē: auctate vobis p̄ntiū indulgem⁹. Nos enim decernimus irritas ⁊ inanes interdicti. ſuſpenſionis ⁊ excōicatōis ſentētias ſiqs in vos vel aliquā vestrū aut aliqd̄ monaſterioꝝ veſtroꝝ ſeu quoſcūqꝫ alios occaſione vſi premiſſorum pretextu contra huiuſmodi cōceſſionis noſtre tenorem per quēcunqꝫ decetero contigerit promulgari. Nulli ergo ⁊c. Datū peruſij. xij. kalendas Decembris Pontificatus noſtri. Anno Primo.

Clemens ep̄us ⁊c. Generali ⁊ puincialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrū minorum. Lecta nobis veſtra petitio continebat. ꝙ fe. re. Alexander papa predeceſſor noſter vobis ⁊ dilectis filijs magiſtro et alijs frib⁹ ordinis fratrum predicatorū olim in virtute obedientie per ſuas litteras preceperit: vt vos eoꝝ ordini vel ipi veſtro voto vel etiam iuramento obligatos nullatenus pretextu indulgentie alicuius ſeu aliquarum litteraꝝ obtentarum a ſede apoſtolica vel etiam obtinendarum imposterum que de illis expreſſam nō fecerint mentionem preſumeritis recipere: niſi pri⁹ miniſtri vel prioris ſui petita foret licentia ⁊ obtenta. Decreuit etiam irritum ⁊ inane quicqd per vos vel ipſos in hac parte contra preceptum ſuum contingeret attentari: ſtatuens vt hmōi preſumptores incurrerent excōmunicationis ſententiam ipſo facto: a qua nequaqꝫ abſolui poſſent niſi ſe apud ſedem ap̄licam ab ea ſicut viſum foret abſoluendi perſonaliter p̄ſentarent. Poſtmodū vero p quaſdam alias lr̃as vobis ⁊ eiſdeꝫ fratribus duxit diſtrictius inhibendū: ne añ annū ꝓbationis elapſuꝫ q eſt maxime in ſubſidiuꝫ fragilitatis humane regulariter inſtitutus quēqꝫ ad ꝓfeſſionem veſtroꝝ ordinū preſumeretis recipere ſeu ad renūciationem ſeculi faciendam: nec conſtitutuꝫ in ꝓbatione nouicium aliquatenus impedire: quominus infra eundem annū ꝓbationis ad aliam religioneꝫ quā mallet tranſiret: ſicut de ſua ꝓcederet libera voluntate: nō obſtantib⁹ ſtatuto contrario ſiquod a vobis vel ipſis eſſet editum quod ipē decreuit irritum ⁊ inane: vel aliquibus lr̃is a ſede ap̄lica impetratis ſeu etiā impetrādis q̄ de p̄miſſis expreſſam nō fecerint mentionē. Et ſi forte contra hmōi ſuā inhibitionē quēqꝫ vos vel dicti fratres reciperetis: qui taliter recept⁹ exiſteret nullatenus eſſet veſtro vel eorundem fratrum ordini obligatus: voſqꝫ ac ipſi a receptione quorumlibet ad profeſſionem dictorum ordinum eſſetis ipſo facto ſuſpenſi: ⁊ inſuper pene deberetis ſubijci: que fratribus ipſorum ordinum pro culpis infligi grauioribus conſueuit. Nos igitur ipſius predeceſſoris qui ſuper hoc certum edidit declarationis oraculum veſtigijs inherentes: quod ipſe de obligatis ordinibus pre-

Cle. 4. declarat ꝓhibitionē factā frib⁹ p̄di. ⁊ mino. de ſe iuiceꝫ nō recipiendis itelligi d̄ iā ꝓfeſſis.

ão 1266

dictis in pmiſſis ſuis lris dixerat ne ipi vel vos recipere pſumeretis eoſdē: ſtatuendo vt hmōi pſumptores ipſo facto excōicatiōis incurrant ſententiaz: de illis tm̄ intelligi volumus: quos poſt pdictuz annū pbatiōis elapſum eiſdem eſſe ↄſtiterit ordinib⁹ obligatos. Ceterū nolum⁹ q͏ per aliquā phibitionē ſeu ↄſtitutionē nřam ſi qua poſtmodū a nobis forſitā emanauit q̄ huic declarationi videat̄ ↄtraria: pīudiciū aliqd declaratiōi generetur eidē. Nulli ergo ⁊c. Datū viterbij. ij. nonas Julij pontificat⁹ noſtri. Anno .iiij.

ano 1269

Cle. iiij. ſhibet qbuſlibet plat; puilegia frūm dubia vel clara pōſſe iterptari

Clemens epiſcopus ⁊c. Magiſtro ⁊ fribus ordinis pdicatoꝝ ⁊ generali miniſtro ⁊ frib⁹ ordinis minoꝝ. Ordinis veſtri ſacra religio ſub qua virtutum dn̄o in humilitate ſpūs laudabiliter deſeruitis pmeretur: vt nos ipſum ordinem ſyncera diligētes in dn̄o charitate: illa vobis libenti animo ↄcedamus: per que materia ſubmota grauaminis ſtatus veſtri tranquillitas procuretur. Sane tranſmiſſa nobis conqueſtiōe monſtraſtis: q͏ nōnulli Archiepi ⁊ epi ⁊ alij eccleſiarū prelati veſtris libertatibus derogantes: indulgētias ſeu priuilegia vobis ab apoſtolica ſede ↄceſſa interpretari ⁊ ad ſuum intellectū trahere moliūtur: q̄ꝗ̄ intellectū ipm verba indulgentiarū ⁊ priuilegioꝝ hmōi nequaq̄ exprimere videantur: ac vos iuxta ipoꝝ interptatiōnē priuilegia ipa ſeruare ↄpellunt in veſtrum non modicum preiudiciū ⁊ grauamen. Quia vero ſuper hoc aplice puiſionis remedium imploraſtis: nos veſtris ſupplicatiōib⁹ ānuentes: ne prefati archiepi epi ⁊ prelati alij predicta priuilegia ⁊ indulgentias ſiue clara que interptatione non indigent ſiue dubia contineant decetero interpretari preſumant auc̄te pn̄tium diſtrictius inhibemus: volentes: vt cum eius ſit interptari cuius eſt condere: interpretatio ſuper hmōi dubijs ⁊ obſcuris dicte ſedis iudicio requirat̄. Nulli ergo ⁊c. Datum viterbij nonis Julij pontificatus nři Anno, quarto.

ano 1269

Cle. iiij. mādat ſpaciuz. ccc. canarū ſupra po ſitarum reduci ad. c. xl.

Clemens epiſcopus ⁊c. Magiſtro ac vniuerſis priorib⁹ ordinis fratrū pdicatoꝝ. Quia plerūq̄ in futuroꝝ euentibus ſic humani fallitur incertitudo iudicij: vt qd vtile ↄiectura veriſimilis imo etiam attētata interdum conſideratio pollicetur: non ſolū inutile ſed dānōſuz repeririri contingat: nōnunq̄ quod conſulte ſtatuitur: poſtmodū ↄſulti⁹ irritat̄. Hoc quippe neceſſitas pn̄tis puiſionis euidenter oſtendit. Dudū ſiquidem vt inter religioſos potiſſime per noſtre diligentie ſtudiuz emulationis ⁊ diſſenſionis tolleretur occaſio ⁊ charitatis integritas ſeruaretur: p noſtras ſub certa forma litteras ordinandū duximus ⁊ diſtrictius inhibendū: q͏ nulli liceret ex tunc de fratrum minoruz. pnie ieſu chriſti. Beate Marie de mōte carmeli. heremitarū ſancti auguſtini. ſancte clare. alijſq̄ ordinibus in paupertate fundatis: nulliq̄ mulierum de predictis ſeu q buſcūq̄ alijs ordinibus aliqd monaſteriū, eccl̄iam vel oratoriū edificare

ſeu cõſtruere:nulli quoq; ſeculari vel religioſo,cuiuſcũq; ꝓfeſſionis eccleſiam.monaſterium ſiue oratorium iam edificatũ in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpaciũ.ccc.cãnarum a veſtris eccl'ijs menſurandarum per aera etiã vbi alias recte nõ permitteret loci diſpoſitio mẽſurari:ſtatuentes vt quicquid contra huiuſmodi ordinationis ⁊ inhibitionis noſtre tenorem ex tunc edificatum exiſteret:diruere tur omnino. Verũ qꝛ quod ad pacem veſtram ⁊ predictoꝝ fratrum ⁊ ordinũ prouiſum fuerat:nõ ſolum vobis ſed etiam multis alijs q propter predictũ diffuſum cãnaꝝ ſpacium in hmõi ordinatione ac inhibitione contentum quaſi ab omnibus ſolemnibus etiam ciuitatibus inueniebantur excluſi ad ſcãdalum ceſſiſſe comperimus:diuerſis propterea materijs ſuſcitatis nos ſup his cum fratribus noſtris deliberatione prehabita huiuſmodi ſpacium d' ipſorum fratrum conſilio reſtringentes:ipſum ad.cxl.cãnas duximus reducendum:omnibus alijs que in premiſſis litteris continentur in ſuo robore duraturis. Nulli ergo ⁊c. Datum viterbij.iiij.kalendas Julij pontificatus noſtri. Anno Quarto.

ano 1266

# CLemens epũs ſeruus ſeruorum

dei dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrũ minoꝝ ſalutẽ ⁊ aplicam benedictionem. Ad conſequendam gloriam celeſtis patrie ſic diuina pietas humilitatem noſtram per ſuã gratiam cernitur allexiſſe:ꝙ ſemper ad hoc intẽti eſtis ⁊ vigiles vt illam vobis ⁊ proximis per innocentis vite ſtudium acquiratis. Hec enim ⁊ alia ſancta pauperrime religionis veſtre merita nos inducunt ꝙ ſumus ex intimo cordis affectu ſolliciti vt in omnibus q̃ ad dei laudem ⁊ tranquillum ſtatum deuotionis veſtre cupitis habeamꝰ ꝓuidentie ſtudium efficacis. Sane nõ ſine quadam turbatione animi frequenter audiuimus ꝙ inter vos ⁊ religioſos aliquos illa de cauſa emulationis ⁊ diſſenſionis materia oriretur:qua ipſi domos ⁊ eccl'ias regulares iuxta loca veſtra nõ ſine veſtro graui preiudicio ⁊ diſpẽdio manifeſto quandoq; conſtruere preſumebant. Cum itaq; ad aplici ſpectet officij dignitatem de regno militantis eccl'ie cuiuſlibet ſcandali materiam abolere:nos digne volentes ꝙ hmõi emulationis ⁊ diſſenſionis occaſio p diligentie noſtre ſtudiũ amputetur: auctãte preſentiũ ordinamus ⁊ diſtricte inhibemus:ꝙ nulli liceat amodo de predicatorum. penitentie ieſu chriſti. Beate marie de monte carmeli. heremitarum ſancti Auguſtini. ſancte Clare. alijſq; ordinibus in paupertate fundatis. nulliq; mulierum de predictis ſeu quibuſcũq; alijs ordinibus aliquod monaſterium eccleſiã vel oratorium edificare ſeu conſtruere: nulli quoq; ſeculari vel religioſo cuiuſcũq; ꝓfeſſionis eccleſiam vel monaſterium ſeu oratorium iam edificatũ in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpaciũ.ccc cãnarũ a veſtris eccleſijs menſurandarum per aerem etiam vbi alias recte menſurari loci diſpoſitio nõ permittit. Preterea ſtatuimus vt quicquid cõtra hmõi ordinationis ⁊ inhibitionis noſtre tenorem ex nũc in antea edificatum fuerit diruatur. Et ne de noticia ordinum ⁊ quantitate cãnaꝝ huiuſ-

Cle. 4. cõcedit nullũ monaſteriũ infra ſpaciũ.ccc.cãnarũ a fratrũ monaſterijs edificari poſſe.

ano 1269

ano 1254

modi; aliqua poſſit dubitatio exoriri: illos ordines intelligi volum⁹ i pau pertate fundatos: qui ex regula vel conſtitutionibus ſuis extra ſepta eccl arum monaſteriorum ſuorum, vel officinarum eorum ꝛ clauſuram ipſorum nullas debent poſſeſſiones habere. Et ſi aliquis de ordinibus ipſis poſſeſ ſiones in aliquibus membris ſuis habere in alijs vero non habere noſca tur: cum quo ad ordinationem inhibitionem ꝛ ſtatutum huiuſmodi pre dictis ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus ꝛ quamli bet cānarum ipſarum octo palmorum longitudinem continere: nō obſtā tibus varia locorum conſuetudine nue priuilegijs indulgentijs ſeu lris quibuſcūq; tam ſupradictis ꝙ mulieribus vel eorum alicui ab apoſtolica ſede ſub quacunq; forma conceſſis ſeu etiam concedendis que de preſenti bus ſpecialez ꝛ expreſſam non fecerint mentionē. Nulli ergo omnino ho minum liceat hanc paginam noſtre ordinationis inhibitionis ꝛ conſtituti onis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc atten tare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli apl'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum perusij. xij. kalendas decembris Pontificatus noſtri anno primo.

ano 1266

Nico. 4. vicari um generalem abſq; aplice ſe dis licētia aſſū mi nō poſſe dū mi. ge. ſeqꝫ ele ctio p̄mādat.

NIcolaus epus ꝛc. Generali ꝛ prouincialibus Miniſtris ac vniuerſis fratrib⁹ ordinis fra trum minorum. Cum reuocatur a vobis indubiū ꝓut vre de uotionis aſſertio ꝓfitetur: an generali vri ordinis decedente miniſtro poſſit p ordinē ipm generalis inſtitui vel ordinari vicarius: do nec hmōi miniſtri electio fuerit ſubſecuta: nos diligentius attendentes ꝙ in eodē ordine a ſue inſtitutiōis exordio nullus oino pter vnū dūtaxat eſt habitus poſt miniſtri generalis obitū vicarius generalis: ꝛ nolētes ꝙ in hac parte dubitatio aliq̄ vlterius vēdicet ſibi locum: auctate aplica ſtatui mus ꝛ ordinamus ac diſtrictius inhibemus: ne generalis ordinis ſupra dicti vicarius nullo generali miniſtro exiſtente aliquatenus conſtituatur vel aſſumatur abſq; romani pōtificis ꝛ dilecti filij nri. M. ſancte Marie in porticu diaconi cardinalis: cui gubernatio ꝓtectio ꝛ correctio fratrum eiuſdē ordinis p ſedem apl'icam ſunt cōmiſſe: vel eius cui eas in futuro cō mitti cōtigerit licentia ſpeciali p ipſius romani pontificis patentes lras concedenda facientes plenam ꝛ expreſſam de ſtatuto ordinatione ac in hibitione hmōi mentionē. Nos enim nihilominus irritum decernimus atq; inane ac nullius exiſtere firmitatis: ſi ſecus ſup hoc fuerit quomodo libet attentatum. Nulli ergo. ꝛc. Datum reate. ij. idus Maij Pontifica tus noſtri. Anno primo.

an. 1288

Nicō. 4. oēs cu ſtodes vnum ex ſe debere ꝯſtitu ere quem ad mi. ge. electionem mittāt ꝓcedit.

NIcolaus epus ſeruus ꝛc. Ge nerali ꝛ prouincialibus miniſtris ordinis fratrū minorum. Ad ſtatū pacificū vri ordinis cōſeruādum quē celeſtis agricole ſumma benignitas in horto plantauit eccl'ie: tanto libenti us ſtudiū efficax operāq; ſollicitā adhibemus; quāto illū ſyncerion chari

tate cõplectimur ⁊ vberiores ſalutis fructus ex ipo puenijt fideliũ aiab⁹. Expoſuit ſiquidez nobis vrẽ deuotionis humilitas: ꝙ in beati Franciſci regula inter cetera cõtinetur: ꝙ generalis miniſtri ordinis eiuſdẽ electio a miniſtris ⁊ cuſtodibus ꝓuincialibus celebretur. Cũqꝫ ab ipſius ordinis fratribus oliz viuẽte adhuc. fe. Re. Gregorio papa. x. ꝑdeceſſore noſtro reuocaret in dubiũ: vtrũ vniuerſos ordinis memorati cuſtodes electioni hmõi oporteret ꝑſonalit intereſſe: dictus ꝑdeceſſor ſup hoc ab eiſdẽ fratribus requiſitus declarando reſpõdit: vt ſingulaꝝ ꝓuinciaꝝ cuſtodes vnũ ex ſe ipſis conſtituãt eiqꝫ ſup hoc cõmittant vices ſuas. Similis quoqꝫ reſpõſionis oraculũ a pie memorie Nicola. papa. iij. predeceſſore noſtro extitit in hac parte prolatum. Uerum quia in generali ordinis ſupradicti capitulo in monte peſſulanenſi magalo dioceſis nupertime celebrato de huiuſmodi dubitationis articulo expreſſa vt dicitur mentio fuit: nos nolẽtes vt ſuper hoc aliqua poſſit vlterius dubitatio ſuboriri: apoſtolica auctoritate declarando ſtatuimus ⁊ ſtatuendo etiam declaramus: vt cuz huiuſmodi electio fuerit facienda cuſtodes vniuſcuiuſqꝫ prouincie vnum ex ſe ipſis conſtituant vt ei vices ſuas cõmittant: ipſumqꝫ ad locum in quo electio eadem tunc fuerit celebranda tranſmittant: illeqꝫ qui ſic ab ipſis cuſtodibus conſtitutus extiterit vnam vocem duntaxat pro ſe ⁊ eis omnibus habeat ⁊ intelligatur habere: ac pro vna voce tantummodo ab alijs admittatur: preſertim cum hoc a prefati Gregorij predeceſſoris noſtri tempore vſqꝫ nunc fuerit obſeruatum. Et ſi etiam cuſtodes illius prouincie in qua huiuſmodi debebat electio celebrari preſentes aderant in loco ad hoc tunc temporis deputato: non omnes ad eandem fuerint electionẽ admiſſi: ſed vnus ipſorum ab eis tunc communiter conſtitutus pro ipſis omnibus admiſſus extitit ad eandem pro ſe ac eis vnam vocem tantummodo ſit habiturus: ⁊ ſic volumus in poſteruz obſeruari. Nulli ergo omnino hominum ⁊c. Datum reate. iij. Idus martij Pontificatus noſtri Anno primo. ano 1288

Bonifacius epiſcopus ⁊c. Generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Inter ceteros ordines quos celeſtis agricole ſumma benignitas in horto plantauit eccleſie ſacrum veſtrum ordinem iam per orbis prouincias ſuperna gratia propagante diffuſum dum minori fungeremur officio ſyncera charitate dileximus: ad ſtatum eius feliciter promouendum ſollicitis ſtudijs intendentes. Nec minuit itaqꝫ ſed auxit potius circa ipſum prehabite dilectionis affectum perſone noſtre ſubſecuta promotio ad apicem apoſtolice dignitatis: cum tanto propenſius ad ipſius ordinis intendamus augmentum: quantum a nobis facultas preſtantior ꝗꝫ noſtris non exigentibus meritis noſcitur celitus attributa. Licet igitur nõnulli romani pontifices predeceſſores noſtri prefatum ordinem a prelatorum iuriſdictione quorumlibet prorſus exemerint: ipmqꝫ fore decreuerint ꝑ ipſorum lr̃as ſpãles exemptũ: nos tñ ordinem ipm ob ſalutis fructus innumeros q ex ipſo

Boni. 8. concedit exẽptionez nr̃o ordini eũ ſedi ap̃lice ſubmittens.

noſcuntur aīabus fidelium ꝓuenire gerentes in viſceribus charitatis: ⁊ ꝓpterea nolentes omnino: vt quiſq̃ cuiuſcūq; ſit ordinis, dignitatis, cōditionis aut ſtatus vos generaliter aut ſpecialiter ac prefatum ordinem ſuper exemptione ipſius ac alijs veſtri ordinis libertatibus ⁊ immunitatibus quibuſcūq; ſub quauis forma vel expreſſione verborum vobis ⁊ eidem ordini ab apl̃ica ſede conceſſis impugnare: turbare ac impetere valeat vel quomodolibet moleſtare: vos ⁊ ordinem ipſum ab omnium ⁊ ſingulorum quorumlibet prelatorum ⁊ perſonarum eccl̃iaſticarum omnimoda poteſtate ac iuriſdictione prorſus eximimus de apl̃ice plenitudine poteſtatis: decernenentes vos ⁊ ordinē ſupra dictum immediate nulloq; medio eidem ſedi ſoli tantūmodo Romano pontifici ſubiacere. Preterea eccleſias, oratoria, domos, loca, libros, vtenſilia ⁊ alia quelibet mobilia ⁊ immobilia quorum vſum licite habere noſcimini cum ceteris omnibus quocūq; modo vel quauis cauſa pertinentibus ad predicta ⁊ ad aliquod predictorum in ius ⁊ ꝓprietatem beati Petri apl̃ica auc̃tate ſuſcipimꝰ in ꝑpetuū valitura: illis ex eis dūtaxat exceptis in quibus euidenter ⁊ expreſſe donatores ſeu tranſlatores ſibi ꝓprietatem ⁊ dn̄ium conſtiterit reſeruaſſe. Eccleſias inſuper oratoria, domos ⁊ loca predicta que tenetis ⁊ inhabitatis ad preſens ac tenebitis ⁊ inhabitabitis in futurum dū ⁊ quotiens vos illas tenere ⁊ inhabitare contigerit: exempta prorſus exiſtere nulloq; medio ſedi ſubeſſe decernimus prelibate. Nulli ergo omnino ⁊c. Datum Rome apud ſanctum Petrum. iij. idus nouembris Pontificatus noſtri Anno primo.

ano 1295

Boniſa. 8. inouat lr̃as Innocē. tij. 4. diſponentes circa monaſteria monialiū S. Clare.

BOnifacius epūs ⁊c. Generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ordinis fratrum minoꝝ. Quaſdam lr̃as fe. Re. Innocētij pape. iiij. predeceſſoris noſtri que nobis preſentate fuerunt inſpeximus diligenter. ⁊ earum tenorem vt de ipſis habeatur in poſterum certitudo de verbo ad verbum preſentibus fecimus annotari. Qui talis eſt. Innocentius epūs ſeruus ſeruorum dei, dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ordinis fratrum minorum ſalutem ⁊ apl̃icam benedictionem. Licet olim quibuſdam veſtrum per noſtras litteras formas diſſimiles continentes quedā monaſteria ordinis ſancti Damiani duxerimus cōmittenda: cupientes tamen eorum vtilitatibus ſic veſtro miniſterio ꝓuideri ne ſancte contemplationis ocium occurſu occupationum multiplicium valeat impediri: preſentiū auc̃tate ſtatuimus: vt dicte moniales vel alie ſiquas vobis ſub quacūq; forma cōmitti contigerit: apl̃ice ſedis indulgentia conceſſa vel concedenda in poſterum nō obſtante niſi expreſſam fecerit de preſentibꝰ mentionem: hoc ſolum a vobis cōmiſſionis noſtre beneficio conſequātur: videlicet vt ipſe ſub magiſterio ac doctrina veſtra ⁊ eorum qui pro tempore miniſtri fuerint debeant permanere: illis gaudentes priuilegijs que veſtro ordini ſunt conceſſa vel in poſterum concedentur: ⁊ contraria conſtitutione ipſius ordinis non obſtante animarum ſuarum ſollicitudinem ge

rentes ⁊ curã: ac eis de ꝯſtitutiõibus vr̃i ordinis q̃ ipis ꝯpetunt exhibẽ-
tes: eiſdẽ monaſterijs p vos ⁊ alios frẽs vr̃os quos ad hoc idoneos vi-
deritis quotiẽs expedierit viſitatiõis officium impendere ſtudeatis: cor-
rigendo ⁊ reformãdo ibidẽ tã in capite q̃ in mẽbris q̃ correctionis ſeu
reformatiõis officio noueritis indigere. Inſtituatis nihilominꝰ ⁊ deſti-
tuatis: mutetis ⁊ ordinetis ꝓut ſm deũ videritis expedire. Electio tamẽ
abbatiſſe libere ptineat ad conuentũ. Cõfeſſiones earũ audiatis ⁊ mini-
ſtretis eis eccleſiaſtica ſacra. Et ne pro eo ꝙ in eiſdẽ monaſterijs fratres
vr̃i ordinis reſidere ꝯtinue nõ tenẽt, p defectu ſacerdotis poſſit piculũ
iminere: ad confeſſiones earũ in neceſſitatis articulo audiendas ⁊ mini-
ſtrãda ſacra predicta necnõ diuina officia celebrãda deputetis aliquos
diſcretos ⁊ ꝓuidos capellanos. Quo circa diſcretioni vr̃e p aplica ſcri-
pta mãdamꝰ: quatenus p̃miſſa oĩa iuxta cõſtitutiõis hmõi tenorẽ cum
eas vr̃o incorpari ordini nõ velimꝰ: curetis diligẽter ⁊ ſollicite adimple
re. Nulli ergo ⁊c̃. Datũ lugduni. iiij. idus Julij põtificatꝰ nr̃i anno. iiij.
Nos igit̃ eiuſdẽ p̃deceſſoris nr̃i veſtigijs inherẽdo: predictas lr̃as ⁊ ꝓ
ceſſꝰ p eas hitos approbãtes: ac oĩa in lr̃is ipis conceſſa que idẽ p̃deceſ
ſor noſter ſtatuit inuiolabiliter obſeruari debere aucte p̃ntiũ decernẽtes
diſcretioni vr̃e inſtar dicti p̃deceſſoris p aplica ſcripta mãdamꝰ: quate-
nus oĩa premiſſa etiã ſi eedem lr̃e de cetero nullatenus apparerent cir
ca prefata monaſteria ⁊ eoꝝ pſonas ſiue ordinis ſancte clare ſiue ſancti anno 1296
damiani ſiue minoriſſe dicantur: exequi diligenter ⁊ ſollicite ſtudeatis.
Nulli ergo ⁊c̃. Datũ anagnie. v. nonas Julij pontificatꝰ noſtri anno. ij.

MAtthеus miſeratione diuina
ſancte marie in porticu diaconus Cardinalis venerabili ⁊
dilectis in chriſto fr̃ibus generali ⁊ vniuerſis ꝓuincialibꝰ
miniſtris ordinis fratrũ minoꝝ ſalutẽ in dño. Inter cete-
ra que humeris nr̃is incũbũt: multũ nos angit cura monaſterioꝝ ordi-
nis ſancte clare: que regulã a fe. re. dño Urbano papa. iiij. editam qua
cardinalis qui pro tempore fuerit gubernator veſtri ordinis mõaſterijs
ipis preficitur ſuſceperunt ⁊ quorũlibet alioꝝ que ſunt noſtre cure ꝯmiſ
ſa. Nec videmus nos ad id poſſe ſufficere: niſi onera noſtra circa curã eã-
dem per veſtra ⁊ fratrũ veſtri ordinis miniſteria releuẽtur. Sane hmõi anno 1303
nr̃a onera tanto credimus poſſe ſaniori ꝯſcia ſupportare: quãto ipſa mo
naſteria viſitari ⁊ reformari contigerit per vos ⁊ prudentiũ fratruꝫ dicti
ordinis miniſterium ⁊ doctrinam. Ex hoc enim ſperamus ꝙ deo aucto-
re poterunt in debita honeſtate ſeruari: ⁊ conſequi ſtatuta gratum deo,
exemplarem mundo ⁊ ſibi ſalutiferam ⁊ quietum. Et quoniã in deſide-
rijs noſtris hoc agitur: vt prefata monaſteria pacifice viuant ⁊ ſalubriter
gubernẽtur: ⁊ ꝙ regularis obſeruantia tam in capite q̃ in membris vi-
geat in eiſdẽ: ideo viſitationis. inquiſitionis. correctionis ⁊ reformatiõis
officium monaſterioꝝ dicti ordinis vobis generali miniſtro quo ad ſin-
gula dicta monaſteria vbilibet conſtituta que dictam regulã a p̃fato dño

Matthꝰ car-
di. ⁊ protector
ordinis ꝓcedit
in formã circa
curã monialiũ
ſ. clare hñdaꝫ
⁊ alia plura.

Urbano editam ſuſceperunt: necnō ꝛ monaſterioꝝ tā ſancte clare de aſ
ſiſio ꝙ͂ oīum aliorum que ſunt noſtre gubernationi ꝯmiſſa vel in poſterꝝ
ꝯmittētur: ac vnicuiqꝫ veſtrū ꝓuincialiū miniſtroꝝ quo ad ea que de p̄di
ctis monaſterijs tātūmodo que fuerint infra limites ꝓuinciarū ꝯmiſſaꝝ
veſtro regimini vel ꝯmittendarū in poſterū: p̄ſitium tenore duximus cō
mittendū: attente rogantes vt deum habentes pre oculis: q̄ vobis ꝯmit
tim⁹ exequamini diligēter. ¶ Ut igitur leui⁹ ferre poſſitis onera ꝯmiſſio
nis prefate: volumus atqꝫ ꝯcedim⁹: vt non ſolū vos generalis miniſter
vbiliſbet ſed ꝛ quilibet veſtrū ꝓuincialiū miniſtroꝝ vnum vel plures frēs
idoneos in ſuis ꝓuincijs ad tale officiū exequendū inſtituere ꝛ deſtituere
valeatis de conſilio fratrum ſue ꝓuincie diſcretoꝝ: qui quādo ꝛ vbi ex.
pediens fuerit dictis monaſterijs beneficium viſitationis. inquiſitiōis.
correctionis ꝛ reformationis impendāt: ipoſqꝫ viſitatores poſſitis mul
tiplicare ꝛ minuere ſcḋm ꝙ multitudini ꝛ diſtantie monaſterioꝝ ꝛ lōgitu
dini ꝛ latitudini prouinciarum videritis expedire. ¶ Ingreſſus autē ve.
ſter ꝛ viſitatoris cuiuſlibet intra eorum clauſurā intrinſecā cum duobus
vel tribus ſocijs ordinis veſtri fiat ad dictū officium ſeu beneficiū impē
dendum. Sic autē viſitatoribus vt premittitur inſtituendis a vobis viſi
tationis infra certos limites ꝛ viſitandi, inquirendi. corrigendi ꝛ refor.
mandi certa monaſteria officium cōmittatur: ꝙ in eodem monaſterio
viſitantium ſeu viſitatorum plurium ſuper eiſdeꝫ viſitatio. inquiſitio. cor
rectio ꝛ reformatio non concurrant: ſed vnuſqſqꝫ viſitatorum in decretꝫ
ſibi monaſterijs ꝛ infra certos limites conſtitutis. viſitationis. inquiſitio
nis. correctionis ꝛ reformationis officium exequatur. Excitamus quoqꝫ
prudentiam veſtram: vt prouide indagetis qualiter cōmiſſa ꝛ commit.
tenda viſitationis. inquiſitionis. correctionis. ꝛ reformationis officia vi
ſitatores hmōi exercebunt: ꝛ informetis. corrigatis ꝛ amoueatis eoſdeꝫ
ꝓut fuerit opportunū. ¶ Omnibus aūt taꝫ abbatiſſis ꝙ͂ ſororibus ꝛ ſer
uitialibus necnō capellanis. conuerſis ꝛ ceteris de familia p̄dictoꝝ mo.
naſterioꝝ p̄ſitium tenore mandam⁹: quatenus vobis ꝛ alijs qui ad viſi.
tationis. inquiſitionis. correctionis ꝛ reformationis officium ſunt aſſū.
pti vel in poſterum aſſumentur: in omnibus que ad idem officium perti
nent obediant ꝛ intendant. ¶ Facietis etiam ipis de diuinis officijs ꝑ fra.
tres veſtri ordinis vel alios prout expedire videbitur prouideri: prouiſu.
ri monaſterijs ſupradictis de fratribus moraturis in eis quotiens expe.
dire videritis pro ipoꝝ cōmodo ꝛ abbatiſſarū ſalute necnon ſororum fa
milie ꝛ perſonarum degentium in eiſdem. Nihilominus eis in oppor.
tunitatibus illis que ipis temporaliter imminēt vel in antea imminebūt
per vos ꝛ fratres atqꝫ amicos veſtri ordinis conſilijs. ſubſidijs ꝛ fauori
bus prout veſtra ꝛ ordinis veſtri patietur honeſtas ſtudeatis aſſiſtere ꝛ
adeſſe. ¶ Ad hec prudentiam veſtram excitamus attente: vt vos ꝛ viſita
tores qui erunt pro tempore diligentius attēdatis: ꝙ in monaſterijs mē
dicantibus in quibus conuentus ſeu ſorores cum familijs ꝛ in monaſte
rijs degentibus non poſſint de ipſoꝝ monaſteriorū facultatibus ſuſten
tari: non fiat monialium ſeu ſororum multiplicatio oneroſa. Poſſet. v.

periculum fore multas perſonas mendicantes claudere ſub clauſura nõ
habẽtes vnde poſſint de monaſterioꝝ facultatibꝰ ſine mẽdicitate ſaltẽ
aliqualiter ſuſtentari. Ex hoc eni nõnũq̃ daẽ occaſio recipiẽdi ſorores p
ſimoniacã prauitatẽ ꝓpter paupertatẽ: pſone nobiles paupes licet ſancte
ↄuerſatiõis ⁊ vite gratis recipi in monaſterijs recuſant: qꝛ nõ hñt pecu-
niã ſiue bona q̃ ad monaſteriũ ſecum portent. Hec experientie doctrina
nos docet: hec in lucem veniunt cum a nobis petitur vt cum receptis ⁊
recipientibus ſimoniace diſpenſemus. ¶ Ceterum ea que ſcdm̃ premiſ-
ſa per vos miniſtros fieri volumus: vobis pñtium tenore cõmittimus
exequenda. Illa vero que per viſitatores predictos necnõ ⁊ fratres ve-
ſtri ordinis fieri volumus ſeu ꝓcedimꝰ vt pñtibus exprimũtur: eiſdẽ vi
ſitatoribus ⁊ fribus aſſumptis ⁊ aſſumendis a vobis eodem tenore du
ximus ↄmittenda. ¶ Ut aũt liberum vobis ſit piam dare operam his q̃
dictorum monaſteriorum prefatarũ abbatiſſarũ ⁊ ſororum conſolationẽ
⁊ profectum reſpicere dignoſcuntur: ⁊ ne capl'm veſtre regule vel decla-
rationis cuiuſlibet ſubſecute quo ab ingreſſu monaſteriorum monacha-
rum fratres arctantur ijs que preſentibus continentur poſſit obſiſtere:
auctẽ apſica qua fungimur in hac parte tenore pñtium lnias concedimꝰ
ſpecialem: vt pro premiſſis ⁊ pro exhibẽdis eccleſiaſticis ſacris celebrã
dis diuinis, predicationibus faciẽdis, impendendis cõſilijs ⁊ pro pijs
⁊ rationabilibus cauſis congruis vel honeſtis necnon ⁊ alijs que ipſis
abbatiſſis ⁊ ſororibus, capellanis, conuerſis ⁊ familiaribꝰ extiterint op
portuna quotiẽſcũq̃ ſcdm̃ deum expedire videbitur: vos generalis mi
niſter ad ſingula monaſteria dicti ordinis necnõ ⁊ ad alia nobis ↄmiſſa
vel ↄmittenda ⁊ vt quilibet veſtrum ꝓuincialium miniſtrorum ad dicta
monaſteria ⁊ ad alia nobis ↄmiſſa vel ↄmittenda q̃ fuerint infra ꝓuinci
as veſtre adminiſtratiõis ↄmiſſa poſſitis accedere cũ vno vel pluribus
fribus vr̃i ordinis quos ducetis vobiſcum: etiã ſi expedire videritis in-
trinſecam clauſurã cum duobus vel tribus fribꝰ introire: ⁊ fratres ve-
ſtri ordinis accedere poſſint ad ea loca ad que alijs licet accedere: quan
do a vobis generali quo ad omnia monaſteria ſupradicta vel ipſorum
aliqua vel aliquod: vel quando a ſingulis vobis miniſtris ad dicta mo-
naſteria ⁊ infra prouinciam vniuſcuiuſq̃ veſtrum adminiſtrationi com-
miſſa ipſorum aliqua vel aliquod fuerint deſtinati: vel quando per illum
ſeu illos fuerint miſſi quibus mittendi vel deſtinandi ſpecialiter conceſ-
ſeritis poteſtatem. ¶ Necnon viſitatoribus monaſterioꝝ ipoꝝ inſtitutis
⁊ inſtituendis in poſterum ſimilẽ accedendi ad monaſteria ſue viſitatio
ni ↄmiſſa cum vno ſocio pro premiſſis ⁊ alias vbi neceſſitas vel vtilitas
hoc expoſceret lniam ſpecialiter elargimur. Et etiam accedendi ad mo
naſteria ipſa ⁊ intrandi intrinſecam clauſurã cum duobus ſocijs vel tri-
bus viſitationis, inquiſitionis, correctionis vel reformatiõis cauſa aut
alia neceſſitate vel vtilitate vrgente. ¶ Concedimus inſuper vobis gene
rali miniſtro vt ad ſingula monaſteria que fuerint ordinis ſancti Dami-
ni eo tempore quo dñs Urbanꝰ edidit regulam ſupra dictam nec ipſam

regulã poſtmodũ ſuſceperũt: ⁊ vobis miniſtris ꝓuincialib⁹ ad ſingula
monaſteria talia infra vr̃as ꝓuincias ꝯſtituta cum vno vel plurib⁹ fri-
bus poſſitis accedere: ad hoꝛtandũ, monẽdũ ⁊ inducendũ abbatiſſas, ſo
roꝛes ⁊ pſonas monaſterioꝝ ipoꝝ vt recipiant regulam a pꝛefato dño
Urbano editam: ⁊ vt ad hoc poſſitis fratres oꝛdinis vr̃i mittere: ⁊ frib⁹
ipis vt miſſis taliter ad ea poſſint accedere lnĩam ſpãlem. ¶ Foꝛma autẽ
viſitationis quam a vobis ⁊ viſitatoꝛibus inſtitutis vel inſtituẽdis a vo
bis volumus obſeruari hec eſt. Quilibet veſtrum viſitare volens ⁊ quili
bet viſitatoꝛ inſtitutus ⁊ inſtituendus in monaſterijs ſue viſitationi cõ-
miſſis circa abbatiſſas, ſoroꝛes ⁊ ſeruitiales, capellanos ⁊ ꝯuerſos cete-
raꝫ monaſterioꝝ familiã ſaltem ſemel in anno in officium viſitationis
exerceat: exceſſus coꝛrigat publicos ⁊ priuatos: ſed de coꝛrectis ſe nulla-
tenus intromittat: niſi foꝛſitan fuerint illegittime vel inſufficiẽter aut in
diſcrete coꝛrecti. Alias nr̃e intentionis exiſtit ꝙ eodem anno viſitatiões
inquiſitiones, coꝛrectiones ⁊ reformationes que per miniſtros fient cuꝫ
viſitationib⁹, inquiſitiõibus, coꝛrectiõibus ⁊ reformatiõibus viſitatoꝝ
ſuper eiſdem articulis nõ concurrant. Nullã abſoluat abbatiſſaꝫ a mo-
naſterij regimine niſi de conſenſu ⁊ voluntate toti⁹ ſui conuentus vel ma
ioꝛis partis eiuſdem. Cum conſenſu tamen totius conuentus vel maio-
ris partis ipius abbatiſſam abſoluere poterit: cum ſcðm deũ viderit ex
pedire. ¶ Electiones aũt abbatiſſarum quas celebꝛari contigerit in mo-
naſterijs conſtitutis in vltramontanis partibus ſeu extra italiam vel in
ſclauonie ſeu romanie ꝓuincijs quouſqꝫ aliud duxerimus oꝛdinandũ, in-
quiſita de electionũ foꝛma, eligentiũ ſtudijs ⁊ electarum meritis: diligen
tius veritate: de aliquoꝛum diſcretoꝝ fratrum conſilio conuocato confir
met ſi eas inuenerit canonice ⁊ de perſonis idoneis celebꝛatas: faciens
ipis electis a ſuis ſubditis obedientiam ⁊ reuerentiam debitam exhibe-
ri. Alioquin eis rite caſſatis: faciat monaſterijs de perſonis idoneis i ab
batiſſas aſſumendis per electiones canonicas ꝓuideri: ad confirmatio-
nes vel infirmationes electionum ipſarum ⁊c. pꝛout dictum eſt ſuperi⁹
proceſſurus. Super infirmatione vero ⁊ confirmatione electionum que
fient in monaſterijs intra italiam conſtitutis extra pꝛouinciaꝫ ſclauonie
ad nos habeatur recurſus. ¶ Soroꝛes vel ſeruitiales nũqꝫ de monaſte-
rio ad monaſterium transferant niſi cauſa regiminis vel ſocietatis abba
tiſſarum abſqꝫ noſtra licentia ſpeciali: vel niſi quando electa vel electe de
vno monaſterio ad aliud transferuntur cauſa regiminis cum ſocia vel ſi
ne ſocia ⁊ poſtea fuerit abſoluta vel fuerint abſolute: quia tunc tam abſo-
lutis ꝙ̃ ſociabus que ſecum iuerunt vel ibunt poteſt quilibet veſtrum da
re licentiam ad pꝛimum monaſterium redeundi: vtriuſqꝫ monaſterij ab-
batiſſarum ⁊ conuentuum vel maioꝛis partis ad hoc accedente conſen-
ſu. Et huiuſmodi reditus fiat cum ſocietate decẽti que congruat oꝛdinis
honeſtati. ¶ Inſuper viſitãtes ⁊ viſitatoꝛes inquirãt diligenter de iurib⁹
monaſterioꝛum ſiue bonis atqꝫ pꝛouentibus, redditibus ⁊ iudicijs le-
gatis monaſterijs ſiue ſanctis. ⁊ de his qualiter diſpenſentur ⁊ quomo-
do gubernentur: ⁊ ſpecialiter ꝙ nulla pꝛofeſſa ꝓpꝛietaria inueniatur

in monaſterijs ante dictis. Super quibus debita ratio exigatur atq; red
datur ſaltem ſemel in anno: ⁊ puniantur abbatiſſe ⁊ alie que inuente fue-
rint ꝓprietarie vel culpabiles ſeu remiſſe vel etiam negligentes. Eaſdez
abbatiſſas ⁊ ſorores ſepius admoneant: vt receptiones ſimoniacas om
nino non faciant: ⁊ ꝙ in receptionibus nihil interueniat quod receptio
nes ipſas īficiat vel infirmet. ¶ Specialiter autem vnuſquiſq; viſitans
miniſter ſeu viſitator inſtitutus vel inſtituendus in poſterum diligenter
attendat ⁊ faciat ꝙ bene ꝓuideatur abbatiſſis, ſororibus, ꝯuerſis ⁊ fami
lie monaſterioꝝ: ⁊ tā de diuinis officijs q̄ȝ de eccleſiaſticis ſacris ⁊ alijs
que ad ſalutē ꝑtinent aīarum ⁊ de ſtatu ⁊ ꝯditionibus cuiuſlibet mona-
ſterij perquirant attentius: vt circa ſtatum vniuſcuiuſq; ꝓut magis ho-
neſtati ⁊ vtilitati expedire viderit iuxta qualitatem perſonarū locoꝝ ⁊ eti
am regionum ordinent: diſponāt: ⁊ vt regularis obſeruātia tam in clau
ſura q̄ȝ honeſtatibꝰ alijs vigeat in eiſdē: oīſq; materia nocibilis relegeť
ab ipis. ¶ Jngrat etiā ſpāliter q̄liter in ſingulis monaſterijs ſingula ob
ſeruēť: ac corrigat ⁊ reformet tā in capite q̄ȝ in mēbris q̄ correctiōe ⁊ re-
formatiōe nouerit indigere. Opponētes ſe ⁊ non obtēperātes circa pre
miſſa auc̄te nr̄a quā vobis generali ⁊ ſingulis miniſtris viſitantibꝰ nec
nō viſitatoribꝰ pn̄tibꝰ ⁊ futuꝝ ꝯmittimꝰ ꝑ cenſurā eccl'iaſticā ꝯpeſcēdo
¶ Volumꝰ etiā vt p̄ter cōem viſitationē quā ſaltē ſemel in āno dȝ facere
quilibet viſitans vel viſitator ꝓut ſupius ꝯtineť: ꝓ quouis articulo emer
gēte in aliquo monaſterio viſitatiōis, inq̄ſitionis, correctiōis ⁊ reforma
tionis officiū ꝑticulariter vel generaliter aliq̄n viderit opportunū: iuxta
p̄miſſā formā illud adeo ſolerter impendat: vt quietem diligentes ⁊ pa-
cem eiſdē ꝑfrui valeāt: ⁊ inſolentes ꝓut ꝯuenit ꝯpeſcāť. Sane qꝛ in his
que ꝑ miniſtros vel viſitatores nō poſſent vtiliter exerceri diuina ꝓpici-
ante clemētia adeſſe ꝓponimus ⁊ ꝯſilium ⁊ auxilium fauorabiliter imꝑ
tiri: volumus vt q̄cūq; articulꝰ ſeu caſus emerſerit in quo nr̄m videatur
expectandū ꝯſiliū ad nos recurri poſſit: vt emergētibꝰ caſibꝰ ꝑ nos poſ-
ſit remediū debitū adhiberi. Ceterū nr̄i fore beneplaciti cognoſcatis: vt
tranſcriptū pn̄tis ꝯmiſſionis in ſingulis monaſterijs habeať: vt abbatiſ
ſis ⁊ ſororibus alijs liqueat q̄n ⁊ pro q̄bꝰ ab eis vnuſq̄ſq; miniſter vl' vi
ſitator fuerit requirendꝰ: ⁊ vt de ijs q̄ facimꝰ ⁊ ꝓcedimꝰ ꝑ pn̄tes nō debeāt
dubitare. Nec volumꝰ vos latere ꝙ nos illoꝝ monaſteriorū gubernatio
nē ⁊ curā gerimꝰ: q̄ p̄fati dn̄i vrbani regulā ſuſceperūt: necnō ⁊ monaſte-
rioꝝ ſancte clare de aſſiſio ⁊ alioꝝ q̄ ex ſua regula vel ex p̄uilegio ſubſūt
vel ſubeſſe debent cardinali qui eſt ⁊ erit ꝓ tp̄e veſtri ordinis gubernator
Demū vr̄am prudentiā excitamꝰ ⁊ hortamur in dn̄o: nihilominꝰ obſe-
cramus per aſperſionē ſanguinis dn̄i noſtri ieſu chriſti: vt p̄miſſa omnia
ſic prudenter ⁊ ſollicite exerceantur ⁊ fiant a vobis: ꝙ fructus deo acce-
ptus ⁊ monaſterijs vtilis ⁊ conſolatorius inde proueniat: ⁊ tam noſtra
ꝯſcientia q̄ȝ veſtrorum miniſtroꝝ ⁊ viſitatorum conſcientie in tuto conſi
ſtant: ⁊ nos ⁊ vos eterne retributionis premiuȝ ꝯſequi valeamus: noſq;
vna cum predictis abbatiſſis ⁊ ſororibus vobis ⁊ veſtro ordini amplíꝰ
in domino aſtringamur. Datum rome apud ſanctum petrum. vij. idus

aprilis, Anno domini, Mccxcvij, pontificatus domini Bonifacij, viij, anno tertio,

Alia lr̃a euſdẽ de eadẽ materia,

MAttheus miſeratione diuina ſancte marie in porticu diaconus cardinalis venerabili ⁊ religioſis viris dilectis in chriſto fr̃ibus generali ⁊ vniuerſis ꝓuincialib⁹ miniſtris ordinis fratrũ minoꝝ ac viſitatoribus inſtitutis ſalutem in dño, Ignorãtia ſexus feminei in monaſterijs ordinis ſancte clare receptiones pſonarũ quãꝙ ſiunt minus canonice: quod ex eo colligimus: ꝙ nõnunꝗ̃ pro recipiẽtib⁹ ac receptis per ſimoniacã prauitatem diſpenſatio poſtulatur, Huic igit̃ morbo tam peſtifero ⁊ infectiuo medicinã cupientes apponere ⁊ aĩarũ ꝓuideri ſaluti; diſcretioni veſtre p̃ſtium tenore duximus ꝯcedendũ: vt ꝗlibet veſtruz abbatiſſas, ⁊ ſorores monaſterioꝝ ſibi ꝯmiſſoꝝ ex parte noſtra moneat ⁊ inducat ſub amotiõis abbatiſſarũ a regimine ⁊ ſoroꝝ trãſlationis ad alia monaſteria penis; vt ab hmõi receptionib⁹ ſimoniacis decetero ꝓrſus abſtineant: ⁊ oſtendatis eis ꝙ̃ ſit graue peccatũ ⁊ periculoſum ſimoniacis receptionibus preſtare ꝯſenſuz, Verũ ꝗ̃ntum ad receptiones ſororum ſeruitialiũ ⁊ ꝯuerſoꝝ monaſterioꝝ ipoꝝ tam cum abbatiſſis ⁊ ſororib⁹ recipientibus ꝙ̃ cũ ſororibus ⁊ ſeruitialib⁹ ⁊ ꝯuerſis receptis ꝑ hmõi vitiũ p̃tãtem vnicuiꝙ vr̃m ꝯcedim⁹ diſpenſandi cum illis tm̃ que cure ſue fuerint ꝯputate: ita ꝙ ſorores ⁊ perſone recepte poſſint in ipis monaſterijs remanere, Primitus tamen abſoluat tam pſonas receptas ꝙ̃ recipientes que indigebũt ab excõicatiõis ſñia ſi forſitan incurrerũt ꝓ eo ꝙ in caſibus nõ ꝯceſſis vel per modũ nõ licitũ perſone extrinſece infra clauſurã monaſterioꝝ hmõi ſunt admiſſe contra ordinationẽ vel inhibitionẽ ſeu preceptũ fe. re, Greg. pape. ix, Cõcedim⁹ etiam p̃tãtem abſoluẽdi modo p̃miſſo abbatiſſas ſorores ⁊ ſeruitiales monaſterioꝝ ordinis dicte ſancte q̃ alias admiſerunt pſonas extrinſecas ꝑ modũ non licitum vel in caſibus nõ ꝯceſſis, Sed ⁊ perſonis que illicite intrauerũt quilibet vr̃m poſſit iuxta formã eccl'ie beneficiũ abſolutionis impendere: niſi forſitã interueniſſet ſic enormis exceſſus ꝙ ſup eo videatur ſibi nr̃m ꝯſiliũ requirẽdũ, Et qr auctas ſic vobis ꝯmiſſa ſup p̃miſſis ⁊ quolibet p̃miſſoꝝ tm̃ ad p̃terita ſe extendit: nos dubijs ꝯſciaꝝ q̃ poſſẽt oriri occurrere volẽtes declaram⁹ ⁊ volum⁹: ꝙ null⁹ vr̃z aſpiciat ad datã inferius annotatã ſed ad diẽ quo ſibi p̃ñtes fuerint aſſignate, ¶ Similiter dexim⁹ ꝯcedẽdũ: ꝙ abbatiſſas ſorores ſuitiales ⁊ familias mõaſterioꝝ ordinis memorati vnuſqſꝙ vr̃z abſoluere poſſit ꝓ violẽta iniectiõe manuũ in ſeipſas tã de p̃teritis ꝙ̃ de futuris: niſi c rea hoc ꝑ effuſionẽ ſãguinis interueniſſet enormis exceſſ⁹, Hoc idẽ ꝯfeſſores poſſint: p̃ſertim qñ miniſtri vel viſitatoris p̃ñtia ifra duos dies naturales haberi nõ poſſet: ⁊ puiſo ꝙ ſingulas ſupra dictas pſonas que offenderint in p̃dictis ⁊ quolibet p̃dictoꝝ taliter puniat culpaꝝ quãtitate ⁊ pſonaꝝ q̃litate pẽſatis: ꝙ decetero ſe nõ credãt impune tm̃ facin⁹ ꝯmiſiſſe, ¶ Preterea cuz ſint multa monaſteria q̃ familiares nõ hñt extrinſecos q aſſocient medi-

cos.minutores ⁊ ꝑſonas alias q̃ in caſib⁹ ꝯceſſis a regula dicte ſancte
clare habent clauſuras monaſterioꝝ ipoꝝ intrinſecus introire: ꝓuidem⁹
ꝓpter excõicatiõis ꝑiculũ ⁊ ꝯceaim⁹: ꝙ vnuſqſq; vr̃m ⁊ ꝯfeſſoꝝ cuꝫ ſo-
cio ſibi deputato vel ip̄o impedito cũ alio idoneo eiuſdẽ ordinis poſſint
familiariũ vices gerere in hac p̄te. Hoc idẽ dicim⁹ de monaſterijs q̃ fa-
miliares hñt qñ nõ inuenirent in tali neceſſitate parati. ¶ Iteꝫ ꝯcedim⁹
ꝙ ꝑ eiſdẽ caſibus ꝑ quib⁹ ꝯfeſſores monaſterioꝝ ipoꝝ ſolent ſeu poſſũt
clauſuras intrinſecas introire: ꝑ eiſdẽ ingredi quilibet vr̃m poſſit qñ ⁊
quotiẽs fuerit opportunuꝫ. Liceat inſuper vnicuiq; vr̃m ingredi clauſu
ras eaſdẽ ꝑ illis caſibus ſiue exceſſibus corrigẽdis qui p̄ter cõem viſita-
tionẽ emergerent nec poſſent ꝯgruenter expediri ad cratem. ¶ Demum
prudentiã vr̃am hortamur ⁊ monem⁹ attente: vt abbatiſſas ⁊ ſorores i
ducatis pro poſſe ꝙ in eiſdem monaſterijs ꝯſanguineaꝝ multiplicatio-
nẽ vitare ꝓcurẽt: p̄ſertim cũ ad magnã monaſterioꝝ pacẽ ꝑuenire noſca
tur. ¶ Ceterũ cũ ſorores ſibi minui faciant ⁊ mederi in locis ſecretis iter-
dũ: ꝯcedim⁹ ꝙ hmõi minutrices ⁊ medice poſſint ſole intrare clauſuras
p̄dictas: ⁊ abbatiſſis ⁊ ꝯuentibus admittendi eaſdem ꝯcedim⁹ p̄tãteꝫ.
Volum⁹ tamen ⁊ mãdamus ſingulis abbatiſſis: ꝙ duas vel tres ſoro-
res maturas aſſignẽt q̃ minutrices ip̄as obſeruent ⁊ medicas: ne infra
clauſurã alicui de ſororibus loquãt ad partẽ. ¶ Liceat abbatiſſis ⁊ ꝯuen
tibus ordinis ſepe dicti abbatiſſas ⁊ ſocias ac ſorores q̃ transferuntur
necnon ꝯſeruitiales q̃ mittũt ab abbatiſſis ſuis ꝓ negocijs qbuſcũq; in
tra clauſuras intrinſecas admittere: ipiſq; etiã ſic trãſlatis ⁊ miſſis igre-
di liceat ⁊ comedere ibideꝫ ac etiã pnoctare ꝓ maiori ꝑſonaꝝ ⁊ ordinis
honeſtate: ꝓuiſo ꝙ hmõi trãſeũtes in monaſterijs ip̄is ſub p̄textu itine-
ris notabilẽ morã non contrahant fraudulẽter ſeu monaſterijs ip̄is dã-
noſam vel grauem: non obſtantib⁹ ſupra dictis omnibus regulariuꝫ ca
pitulis ordinis vtriuſq;. Datũ rome apud ſanctum petrũ. v. nonas maij
anno dñi. Mcclxcvij. pontificatus domini Bonifacij pape. viij. ãno. iij.

Bonifacius ep̃us ⁊c. Genera
li ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ac vniuerſis frib⁹ ordinis fra-
trum minoꝝ. Habet veſtre deuotiõis aſſertio: ꝙ ordinis
veſtri fratres ab eccleſiarũ p̄latꝫ cũ in aliqb⁹ monaſterijs
⁊ alijs religioſis locis diuerſoꝝ ordinũ ſuarũ ciuitatũ ⁊ dioceſuꝫ itendũt
officiũ viſitationis impendere: inuitant vocant etiã ad defunctoꝝ cele-
brãdas exequias, generales ꝓceſſiones ⁊ predicationes faciendas ⁊ au
diendas confeſſiones etiam infirmorum. Et qꝛ fratres ipſi monaſteria
monialiũ ⁊ loca que ſancte clare ordinis nõ exiſtunt ingredi nequeunt ve
ſtra illis regula obſiſtente: ceteris religioſis ⁊ alijs tunc preſentibus mo
naſteria ⁊ alia loca intrantibus ſupra dicta: ꝓuidere ſup hoc (p̄ſertiꝫ cũ
fe. re. grego. papa. x. predeceſſor noſter certam ordinationẽ in hac parte
duxerit faciẽdã) de benignitate ſedis ap̄lice dignaremur. Nos itaq; ve
ſtris deuotis ſupplicatiõib⁹ inclinati: ꝙ memorati frẽs a prelatis eiſdẽ

Boni. viij. cõcedit frẽs a p̄latis ſuitatos poſſe cuꝫ ip̄is monialiũ ſ. clare monaſteria intrare.

ſicut premittitur inuitati poſſint vna cum ipſis monaſteria ⁊ loca p̄dicta cuiuſcūq; ſint ordinis libere ingredi ⁊ in eis moram contrahere prelatis ibidem preſentibus ante dictis vobis ⁊ ordini vſo auctate preſentium in dulgemus. Nulli ergo ⁊c.

Joā.xx. ꝯ quoſ dā fratricellos noiatos or. mi. ꝓcedit eos dā nans.

SAcra romana ac venerabilis eccleſia cui fauēte dn̄o licet immeriti preſidemus: ſicut religioſa ⁊ pia vota benigno fauore ꝓſequtur: ſic ſupſticioſos conatus in ſolentium hominuz deteſtat: videlicet ne ſub ouina pelle gregē dn̄icuz truculentia lupi rapacis inuadat: ſub pietatis imagine virus heretice prauitatis obrepat: ⁊ ſub pretextu cōuerſationis angelice incautis mentibus ſpūs malignus illudat: cuius rei gr̄a ſacris canonibus eſt interdictum: ne aliquis nouū ordinē aut religionē inueniat vel habitū noue religionis aſſumat: ſed qcūq; ad religionē venire voluerit: ingrediatur vnā de religionibus approbatis. Nōnulli tn̄ ꝓfane multitudinis viri q vulgariter fratricelli ſeu fratres de paupere vita aut binzochi ſiue bighini vel alijs noibus nūcupantur in partibus italie necnō inſule cicilie cōmittatu: ꝓuincie narbonenſis ⁊ toloſane ciuitatibus ⁊ prouincijs alijſq; diuerſis citraq; marinis ⁊ vltra marinis partibus: contra dictos canones habitum noue religionis aſſumere: congregationes ⁊ cōuenticula facere: ⁊ ſuperiores ſibi ipis eligere quos miniſtros ſeu cuſtodes ſiue guardianos aut noibus alijs appellant: plurimos ad eoꝝ ſectaz recipere: loca etiam de nouo cōſtruere: ſeu conſtructa recipere in quibꝰ habitant in cōi: publice mendicantes quaſi eoꝝ ſecta etiam foret vna de religionibus approbatis per ſe temeritate dānabili preſumpſerūt ⁊ preſumunt etiam inceſſanter. Et vt ipſoꝝ error veritas: ⁊ impietas religio reputetur plurimi eoꝝ regulam fratrum minoꝝ ⁊ ordinem quē ſanctꝰ franciſcus inſtituit ſe ꝓfiteri ⁊ ad litteram ſe conſeruare confingunt: q̄uis q̄; in obedientia generalis ⁊ prouincialium miniſtrorum ipſius ordinis non morentur: pretendentes ſe a ſancte memorie celeſtino papa quinto predeceſſore noſtro huiuſmodi ſtatus ſeu vite priuilegium habuiſſe: quod tamē etiam ſi oſtenderent non valerent: cuz bone memorie Bonifacius papa octauus predeceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnia ab ipſo celeſtino predeceſſore noſtro conceſſa que per ipſum Bonifacium nō contingeret approbari viribus penitus euacuauerit: dictūq; priuilegium vite non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quibuſdaz autem eorum dictum habitum ⁊ viuendi ritum a quibuſdam ep̄is ſeu eoꝝ ſupioribus vel alijs eccl̄iaꝝ prelatis accipere licuit contra formaz cōcilij generalis. Nōnulli etiā ex ipſis aſſerentes ſe eſſe de tertio ordine beati frāciſci penitentie cum voto predictum ſtatum ⁊ ritum eorum ſub velamine talis nominis ſatagunt palliare: cuz tamen in regula ipſius tertij ordinis talis viuendi ritus nullatenus ſit conceſſus. Et qr in eorum barathruz faciliter ruunt q conceptus ꝓprios patrum diffinitionibus anteponūt: ipſorumq; q̄; plurimi ſicut fide digna relatione percepimus a veritate catho-

lice fidei deuiantes eccl'iaſtica ſacramenta deſpiciunt: ⁊ errores alios ſtu
dent multipliciter ſeminare. Cum itaqꝫ talium damnanda temeritas in
eiuſdem fidei detrimentum. fidelium ſcandalum. prefati minorum ⁊ alio
rum ordinum obprobrium ⁊ in ſuarum ⁊ aliarum multarum animarum
perniciem redundare noſcatur: nos ſectam ritum ⁊ ſtatum huiuſmodi nō
obſtantibus premiſſis eorū excuſationibus quas friuolas reputamus:
⁊ quicqd per eos cōmuniter vel diuiſim ſub religionis cōuentus collegij
ſeu congregationis nomine vel colore attentatū exiſtit vel extitit: d̄ fra
trum noſtrorū conſilio auctoritate apoſtolica nullius fuiſſe vel eſſe decer
nimus firmitatis. Et quatenus de facto proceſſerunt de conſilio ⁊ aucto
ritate premiſſa reuocamus omnino: ac perpetue prohibitioni ſubijcim⁹:
⁊ ab eccleſia dei penitus abolemus: eiſdem perſonis ⁊ alijs quibuſcūqꝫ
ſub pena excōmunicationis quam eos ſi ſecus fecerint incurrere volum⁹
ipſo facto iniungentes expreſſe: ne ſtatum aſſumptum ſiue ſectam ⁊ ritū
huiuſmodi ab ipſis ſectentur vlterius vel ipſum de nouo aſſumere quo-
quo modo preſumant. Epiſcopos quoqꝫ ⁊ eorum ſuperiores ⁊ etiam ali
os prelatos quoſcunqꝫ qui predictis perſonis vel alijs ritum viuendi et
habitum ſupradictum preter ſpecialem apoſtolice ſedis auctoritatem cō
ceſſerint: predicte excōmunicationis iuris decernim⁹ ſubiacere. Dignū 1318
eſt enim adulterinas plantationes quas non pater celeſtis plantauit ſed
humane auctoritatis audacia plantat: apoſtolici culminis cenſura diuel
lat: nec patiatur in agro dominico peruerſe cōgregationis vepres exere
ſcere: cui propriū eſt diuina opitulante gratia virtutes ſerere ac vitia ra
dicitus extirpare. Nulli ergo ⁊c. Datum. Pontificatus
noſtri Anno ſecundo.

PErlectis litteris veſtris circa
abſolutionem excōmunicatoꝝ vos in eis dubitare pſperi
mus que eēt modica aut leuis iiuria circa quā ſicuti talis
loqtur abſoluēdi vobis cōtulim⁹ ptātem. Ad qḋ cū ſit fa-
cti potius q̄ iuris q̄ſtio vobis ꝓut poſſumus reſpondem⁹: illā videlicet
modicā pcuſſionē aut ipulſionē. puni. palme. manus. pedis. digiti aut
baculi vl' lapidis q̄ ad liuorē. mutilationē mēbri. fractionē dētis. depila-
tionē capilloꝝ nō modicā vel effuſionē ſanguinis nō excedit: nec ſi tā le-
uiſſimi ictus aut pugni pcuſſione ſanguis exiret tranſire in atrocē iniuri- nota
am ꝓfitemur vt ꝓpter hoc ſit ab abſolutione taliū abſtinēdū: vt tn̄ nō ſo
lum ipm factū imo etiā facti q̄litas pcutiendi modus aut iniuriandi cir-
ca hoc diligentius attendat: ⁊ ipius facti circūſtantia loci videlicet ⁊ etiā
pſone q̄ ſit leuis vl' modica grauis aut enormis iiuria manifeſtius cogno
ſcatur. Loci quidē vt in theatro vel in foro corā rege prelato vl' iudice in
eccl'ia corā multis i alio loco publico alicui iniuria cōferat. Perſone: ve-
luti ſi magiſter vel iudex aut etiā magiſtrat⁹ aut p̄latus. pater aut patru⁹
vel aliquis in dignitate vel pſonatu cōſtitutus ab inferiori vel humili cō
tra naturā iuris patiatur: p hec quidē graues videant iniurie: ⁊ q̄ ſint le
ues aut modice tanqꝫ ex oppoſito cognoſcant. Sane qꝛ negocij natura

Joan. xx. decla
rat que dicat a
trox vl' leuis i-
iuria.

nō patiť vt ad plenū oīa differanť: iudiciū aūt talis enormis iniurie veſtro duximus arbitrio cōmittendū: vt ptāte3 vrā3 cū ad hec ꝓceſſeritis tēpe-retis: vt citra metas hmōi potius ꝙ̄ vltra eas circa abſolutionē taliū ꝓcedatur: ne iniuriantes de vicina abſolutiōe ꝯfiſi de facili in atroces ꝓrumpant ꝑcuſſiones vel iniurias: ⁊ ſententias canonis iam periculoſius cōtēnentes in excōicationis ſententias ꝓlinius ꝓlabanť. Tolerabili⁹ ē eni3 aliquos q̄ p vos etiā pñt abſolui nobis vel ſupiori abſoluēdos relinq̄re: ꝙ̄ contra ſtatuta canonū imagine quadā abſolutiōis (qđ nō fit ſine grandi periculo) quēꝙ̄ relinquere innodatū: cū vmbra quedā videať in ope: veritas aūt nō ſubeat in effectu ⁊c̄.

Rodericus miſeratione diuina epūs Albanēſis ſancte romane eccleſie vice cancellari⁹ vniuerſis ⁊ ſingulis preſentes litteras inſpecturis ſalute3 in dñō. Quia ratio exigit ⁊ eq̄tas perſuadet: veritati teſtimoniū ꝑhibere: vniuerſitati noſtre notu3 facimus ⁊ per preſentes firmiter atteſtamur ꝙ inter certas cōſtitutiones p̄ fe. Re. Gregoriū papa3. xj. editas ⁊ factas ac de eius mandato in certo libro cancellarie ap̄lice deſcriptas ⁊ annotatas fuit ⁊ eſt ac etiā reperitur quedam p̄ eum facta conſtitutio cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur ⁊ eſt talis. GREGORIUS epūs ſeruus ſeruorum dei ad ꝑpetuam rei memoria3. Ad romani pontificis prouidentiam circūſpectā ſic ſedis ap̄lice priuilegia ⁊ indulta moderari pertinere dignoſcitur ꝙ ex eis materia malignandi nulli detur: ac ꝑſone que ſub religionis habitu vacare debent a ſtudio pie vite a bono obedientie ⁊ a perſeuerantia diuini ſeruitij nullateu9 retrahantur. Sane nuper ad nr̄m relatio fide digna ꝑduxit auditū: ꝙ nōnulli religioſi etiā mēdicātes q̄ in capellanos ſedis ap̄lice ſe recipi ꝓcurāt ꝓpterea bonū obedie ⁊ correctionē recuſantes: ꝑ mūdū ⁊ vt plurimū ſine ſuperioꝝ ſuoꝝ licētia ſepius euagādo diſcurrūt ⁊ q̄nꝙ̄ ad romanā curiā accedūt: aſſerētes ſine hmōi ſupioꝝ ſuoꝝ licētia ſe hoc facere poſſe. Nos igiť in p̄miſſis ꝓut ex debito tenemur paſtoralis officij ſalubriter prouidere cupientes: auctāte ap̄lica tenore p̄ñtiū ſtatuim⁹ volum⁹ ⁊ etiā ordinam⁹: ꝙ oēs ⁊ ſinguli religioſi quorūcūꝙ̄ ordinū etiā mēdicantiū dicte ſedis capellani q̄ ſunt ⁊ in antea erunt p̄inde eoꝝ ſuperioribus ⁊ correctiōi ipoꝝ in oib⁹ ⁊ ꝑ oīa ſint ſubiecti ac ſi p̄dicti capellani nō ēent: nō obſtantibus exēptionibus ⁊ alijs q̄buſcūꝙ̄ priuilegijs īdulgētijs ⁊ gratijs ⁊ lr̄is ap̄licis capellanis dicte ſedis vel alias cōiter vel diuiſim ſub quacūꝙ̄ forma vel expreſſione verborum a dicta ſede cōceſſis vel in poſterum concedendis etia3 ſi de illis plena ⁊ exp̄ſſa mētio ac de verbo ad verbū in preſentibus ſit habenda: q̄ quo ad hec alicui in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo ⁊c̄. nr̄e cōſtitutionis volūtatis ⁊ ordinationis infringere ⁊c̄. Datū auinioni. v. id⁹ Nouēbris pontificatus nr̄i anno. iij. NOS igiť Roderic⁹ epūs ⁊ vice cancellarius prefatus ne de cōſtitutione hmōi a quoꝙ̄ cōtingat heſitari volentes veritati teſtimoniū ꝑhibere ꝓut ex nr̄o nobis incūbit officio: ad ve

Gre. xj. ꝓcedit frēs in pape capellanos aſſūptos i obeia. p̄latoꝝ ordinis remanere.

nerabiliũ fratrũ minoꝝ de obſeruantia nũcupatoꝝ iuſtanilã cõſtitutionẽ hmõi de ⁊ ſuper exemptione ordinis ꝑ ſuoꝝ priuilegioꝝ tuitione ⁊ defenſione aſſerentiũ ſe indigere, de verbo ad verbũ cũ eodẽ libro predicte cancellarie ꝑ ſeneſcalũ ſeu cuſtodẽ auſcultari ⁊ ꝑ eũ ſubſcribi fecim⁹ nr̃iq; maioris ſigilli iuſſimus appẽſione cõmuniri in fidẽ robur ⁊ teſtimoniũ veritatis p̃miſſoꝝ oĩum ⁊ ſingulorũ. Datũ rome in cãcellaria ap̃lica anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto indictione. vij. die vero. x. menſis may pontificatus ſanctiſſimi dñi nr̃i domini Sixti diuina ꝓuidẽtia pape quarti Anno tertio. ano 1373

Martinus ep̃us ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuã rei memoriã. ¶Peruigilis more paſtoris romanus põtifex aĩaduertens: cõmiſſũ ſibi gregẽ dñicũ ꝑ laudabilia religioſoꝝ exẽpla in ſemitã mãdatoꝝ altiſſimi dirigi ⁊ ad ſalutariũ optionẽ operũ ꝓuocari: nõnũq̃ ſup his q̃ medio ſue ꝓuiſionis ad cõmendabilẽ ſacre religiõis reformationẽ ꝓceſſerũt adijcit: declarat: modificat. ordinat ⁊ diſponit: ꝓut reꝝ ⁊ tp̃um qualitate penſata id in dño conſpicit ſalubriter expedire. Cũ itaq; pridẽ dilectus fili⁹ noſter. J. tituli ſancti petri ad vincula preſbyter Cardinalis cui de venerabiliũ fratrũ nr̃oꝝ ſancte romane eccl̃ie Cardinaliũ cõſilio ꝑ alias noſtras lr̃as ſup hoc plene legationis officiũ cõmiſeramus ac oĩmodã cõceſſeramus facultatẽ: vigore cõmiſſionis, cõceſſionis ⁊ lr̃aꝝ hmõi generali capitulo fratrũ minoꝝ q̃d tũc in ciuitate nr̃a aſſiſina celebrabatur p̃ſidẽdo nõnullas ſup reformatione ordinis dictoꝝ fratruʒ minoꝝ ſalubres ⁊ honeſtas cõſtitutiones in eodẽ capl̃o edidiſſe noſcat̃ ꝓut in ſuis lr̃is ei⁹ ſigillo munitis vidimus plenius cõtineri: nos cõſtitutionũ ⁊ lr̃aꝝ earũdeʒ tenores p̃ñtibus pro ſufficienter expreſſis habentes: illaſq; haꝝ ſerie approbantes ⁊ confirmantes: ſuper eis vt proſperioribus in poſterum ſucceſſibus gratulentur motu proprio non ad alicuius inſtantiam ſed de noſtra mera prouidentia additiones. declarationes ⁊ modificationes auctate ap̃lica ordinamus: edimus ⁊ facimus q̃ ſequuntur. ¶Primo videlicet q̃ vbi fratres particulares dicti ordinis. monialiũ ⁊ ſoroꝝ ordinis ſctẽ clare ſancti Damiani ⁊ minoriſſaꝝ ac alia quecũq; monaſteria ſiue loca regularia mulieꝝ ꝑ quaſcũq; etiã ap̃licas lr̃as ſibi cõmiſſa ſub certis penis aſtringũt̃ Miniſtris ꝓuincialibus vt illoꝝ iuriſdictiõi ſubſint ꝓut cõuenit reſignare: niſi ꝑ illos eis denuo fuerit recõmiſſa adiciendo decernim⁹: volum⁹ ⁊ mãdam⁹: ſorores ⁊ moniales eaſdẽ (etiã ſi in cõtrariũ habeãt quevis priuilegia vel indulta q̃ necnõ eiſdẽ particularibus fratribus cõceſſas lr̃as hmõi quo ad hoc caſſam⁹: irritam⁹ ⁊ anullam⁹) ad ſubtrahendũ ſe a ſubiectione ⁊ obediẽtia ipoꝝ particulariũ fratrũ ⁊ alioꝝ quorũcũq;: niſi de nouo illis recõmittant̃ (vt p̃fert̃) ſeq; omnio ipoꝝ miniſtroꝝ ⁊ per eos deputandoꝝ viſitatorum iuriſdictioni ⁊ obedientie ſubmittendum ꝑ eandẽ cõſtitutionẽ pari modo aſtringi ⁊ penis ſimilibus obligari. ¶Preterea decernim⁹: q̃ exceptis ijs de qb⁹ in cõſtitutiõib⁹ fe. re. Bñdicti pape. xij. predeceſſoris noſtri fit mentio nulli oĩno boĩum tã regularium q̃

Marti. 5. cõfirmat modificat q̃ cõſtitutiones nr̃i ordis. martiniana vulgariter vocatas.

ano 1430

ſecularium cuiuſcunqꝫ gradus, preeminentie, dignitatis, excellentie, no-
bilitatis ⁊ conditionis fuerit pretextu ſibi deſuper quauis auctoritate cō
ceſſe cuiuſcunqꝫ licentie: quam ſimiliter caſſamus: irritamus ⁊ annulla-
mus: monaſteria ſeu loca ſororum ⁊ monialium huiuſmodi ſeu aliquod
ex eis ingredi: neqꝫ etiam protectori aut generali miniſtro dicti ordinis
minorum pro tempore exiſtentibus ſeu prefatis prouincialibus mini-
ſtris ⁊ quibuſcunqꝫ viſitatoribus licentiam ſuper ingreſſu huiuſmodi
alijs ab exceptis antedictis inconſulto romano pontifice concedere lice-
at quoquomodo. Item vbi cauetur de diuino officio ſecundum ordinem
dicte romane eccleſie peragendo: ſtatuimus ꝙ de omnibus cōmemora
tionibus ⁊ feſtis trium lectionum feſta nouem lectionum fieri: ⁊ vtrūqꝫ
feſtum ſancte crucis ſub duplici officio ſine cōmemorationibus ſanctoꝝ
eiſdem diebus occurrentium celebrari: prout a pie memorie Gregorio
papa. xi. predeceſſore noſtro fuit ordinatum. Necqꝫ ſuper rubrica de feſtis
occurrentibus infra octauas: feſta ipſa nō de precedentibus ſed ſolum in
tra eaſdem octauas exiſtentibus ſicut etiam nonnulli alij romani ponti-
fices ſiliter ꝑdeceſſores nr̄i declararūt: intelligi debeāt. Itē vbi prefato
gn̄ali miniſtro duo ſocij notabiles vn⁹ videlicet citramōtan⁹ ⁊ alt̄ vltra
mōtan⁹, addito ſocio ſcriptore ⁊ alio ſeruitore cū vno famulo dūtaxat de
creti ſunt: adijcimus eidem duos famulos ⁊ vnum elemoſynarium ſecu
larem vel alterius religionis: qui quidem elemoſynarius a procurator-
bus prouinciarum aut prouincialium miniſtrorum conuentuū. domo
rum ⁊ locorum dicti ordinis minorum omnia illa que pro victu veſtitu
equis famulorum ſalario ⁊ alijs ipſi generali miniſtro eiuſqꝫ cōmittiue
neceſſaria ⁊ opportuna fuerint exigere: ⁊ exacta pro huiuſmodi neceſſa-
rijs exponere habeat. Quiqꝫ de premiſſis exactis ⁊ expoſitis eidem ge-
nerali miniſtro primum ⁊ deinde capitulo generali loco ⁊ tempore cele-
brationis eiuſdem vt inibi per totum ordinem ſcd̄m prouinciarum nu-
merum diuidantur: rationem reddere teneatur. Adijcimus etiam ꝙ ſin-
guli duoꝝ ſocioꝝ principaliū generalis miniſtri ꝑdictoꝝ ſingulos ſuito
res fr̄es vel alias ꝑſonaꝝ ſuaꝝ ⁊ equoꝝ ſibi aſſignatoꝝ ſuitijs iſtitutos
famulos qbus ſicut ceteris de familia eiuſdē generalis miniſtri ꝓuideat̄
habere valeāt atqꝫ poſſint: his tn̄ ⁊ alijs eis ſil'ib⁹ eiuſdē generalis mini
ſtri ꝓut ſm̄ loca ⁊ tpa ac lōgas vel breues moras expedire viderit mo-
deratiōi relictis: cui⁹ etiā generalis miniſtri vel per eū ad hoc deputādo
rū coertiōi ⁊ cōpulſioni ꝑfatos ꝓcuratores ⁊ principales coꝝ neceſſaria
hmōi dicto elemoſynario forſan ſoluere ſeu exhibere recuſantes aut ſolu
tionem hmōi longius debito differentes ſuꝑ hoc oīno volum⁹ ſubiacere.
Item vbi prefato generali miniſtro interdicitur ptās licentiandi aliquē
ad curſum magiſterij niſi preſentatus fuerit a miniſtro ſue prouincie qui
neminem audeat preſentare niſi de ꝯſilio ⁊ aſſenſu capituli ꝓuincial': mo
dificando declaramus: hoc fore intelligendū in illis ꝓuincijs in qb⁹ ſolet
ꝓuinciale capitulum vel congregatio habēs vim capl'i annis ſinguli ce-
lebrari. Alias idem generalis miniſter de ꝓborum cōſilio ad magiſterij
curſum licentiare valeat atqꝫ poſſit. Item vbi dicto generali Miniſtro

pecuniarum exactio ꝓhibetur: declaramus ꝙ pro ſuis neceſſitatibus poſ
ſit elemoſynas a quibuſcūqꝫ recipere, qui ſponte illas ſibi voluerint ero-
gare: dū modo ab exigendo ⁊ extorquendo penitus abſtineat. Idemqꝫ ꝑ
prouinciales miniſtros in ſuis prouincijs ⁊ ꝓcuratores dicti ordinis mi
noꝝ in romana curia ac alios ipſius ordinis fratres tam pro expenſis ⁊
alijs neceſſarijs q̄ pro elemoſynarum receptionibus, volumus obſerua-
ri. De veſtimentis autem per miniſtros ⁊ cuſtodes debita ſecundū regu-
lam ⁊ conſtitutiones prefati Benedicti predeceſſoris prouiſio obſeruet.
Item vbi generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac cuſtodibus ⁊ guardia-
nis ceteriſqꝫ fratribus predictis inhibetur ne vllatenus quicq̄ꝫ exigāt ali-
quo colore vel cauſa: qui ſi ſecus fecerint eo ipo ſuis officijs ſint priuati: ſi
biqꝫ eorum ſubditi deinceps obedire minime teneantur: et ſi aliqs mini
ſtroꝝ generali miniſtro quicq̄ꝫ contribuere preſumpſerit: ipo facto ſuo of
ficio ſit priuatus: volumus etiam declaramus contributiones huiuſmo-
di intelligi debere: ſi in modum exactionū vel extorſionum tam ex parte
dantium q̄ recipientiam facte fuerint: nō autem in modum elemoſynarum
ſupradictū quē volumus in ſuo robore permanere. Et ſi forſan taliter ob
ſeruatum nō extiterit: hmōi priuationū in quocūqꝫ dictarum conſtitutio
num per eundem cardinalem, vt prefertur editarum loco tangantur diffi-
nitionem ⁊ determinationem ſolum ſpectare ad ſummū pontificem quo
ad miniſtrū generalem ⁊ ad generalem miniſtrum quo ad miniſtros ꝓ-
uinciales: ⁊ ad prouinciales miniſtros quo ad alios fratres antedictos.
Quas quidem omnes ⁊ ſingulas additiones, declarationes ⁊ modifica
tiōes per nos vt premittitur factas a quibuſcūqꝫ fratribus dicti ordinis
minorum ⁊ alijs quorum intererit ſeu intereſſe poterit: perpetuo ⁊ irrefra
gabiliter obſeruari volumus ⁊ mandamus. Rurſus per iuramentū qḋ
dilectus filius Guillelmus de caſali eiuſdem ordinis minorum genera
lis miniſter de diſpēſationem vllam ſuper dictis conſtitutionibus ꝑ eun
dem cardinalem editis vel earum aliqua non petendo ⁊ obtenta nō vten
do in prefato capitulo aſſiſij celebrato vt accepimus preſtiti: q̄ plurima
eidem ordini minorum cuius proſperi ſtatus directionis onus ipſi Gui
llelmo miniſtro principaliter incumbit fructuoſa ⁊ vtilia ingruentibus ca
ſibus pro tempore impediri: aut in ipſius ordinis preiudicium differri
poſſe: necnon eundem Guillelmū miniſtrum qui eſt caput arctius q̄ mē-
bra ligari minus congruum fore recenſentes: ſibi iuramentum huiuſmo
di cuius formam preſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis
eadem auctoritate motu ſimili harum ſerie penitus relaxamus: eumqꝫ
ad illius obſeruantiam decernimus ⁊ volumus non teneri. Premiſſis
necnon conſtitutionibus apoſtolicis ⁊ alijs contrarijs nō obſtantibꝰ qui-
buſcūqꝫ. Alias tamen conſtitutionibus ante dictis per prefatum cardina
lem editis in omnibus ſemper ſaluis. Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginam noſtre approbationis, confirmationis, ordinationis, edi
tionis, factionis, mandati, relaxationis, conſtitutionis ⁊ volūtatis infrin
gere ⁊c. Datū Rome apud ſanctos aplos ſexto kalendas auguſti Pō
tificatus noſtri Anno tertiodecimo.

Marti.5. iſas marti.4. de ſti tuēdo ꝓcuratore vl' ſyndico ꝯfirmat.

MArtinus ep̄us ſeruus ſeruorum dei. ad futuraꝫ rei memoriā. Amabiles fructus quos ſacer ordo fratrum minorum velut pomerium quoddaꝫ diuina manu conſitum in agro militantis eccleſie in vbertate produxerit hactenus ⁊ ꝓducit aſſidue: ac odoreꝫ ſuauitatis in omnem terram ex fructuoſis operibus dicti ordinis ꝓfeſſoꝝ continue prodeuntem in noſtre conſiderationis intuitum ſpecialiter inducentes: de ſtatu prefati ordinis proſpere conſeruando vt felicibus ſemꝑ ſucceſſibus augeatur ſollicite cogitare nos cõuenit: ⁊ ad ea paternis ſtudiis intendere per que profeſſores ipſi ab exteris ⁊ ſecularibus curis releuati: in humilitatis ſpiritu ⁊ contemplationis ſuauitate ſyncerius ⁊ quietius poſſint altiſſimo famulari. Dudum ſiquidem ſe. re. Martini pape quarti predeceſſoris noſtri littere emanauerunt tenoris ſubſequentis.

MARTINUS ep̄us ſeruus ſeruorum dei. dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum minorum ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Exultantes in domino ꝙ ſacri veſtri ordinis profeſſores in dei beneplacitis confirmati: promptitudinem deuotionis ⁊ operis illius ſtudent imitari veſtigia: eiuſqꝫ vias ſummo opere cuſtodire qui deſcendens a patre luminū ⁊ ſerui formam accipiens ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolauit: cogitare ſic dicamus honeſta remedia quibus dicti ordinis pura obſeruantia in ſui vigore ſeruetur: idemqꝫ fratres qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri: excluſis quibuſcūqꝫ ſollicitudinibus liberius ⁊ quietius diuinis vacent obſequijs ⁊ offerentium. donantium. concedentium aut in vltima voluntate relinquentium ordini predicto vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid propter deum pia intentio non fraudetur: ſic nos ſollicitudinis qua predictus ordo pro ſuis neceſſitatibus quotiens ingrueret neceſſitas vel vtilitas ſuaderet recurrere ad romanam eccleſiam cogeret: ad quam omnium rerum mobilium ⁊ immobilium quibus fratres vti poſſunt ius. proprietas ⁊ dominium nullo medio ſpectat penſata incommoditate vel difficultate potius que per hoc ſiegeri poſſet fratribus ſupradictis: benignius indulgentes: volentes quoqꝫ heredum ⁊ executorum negligentijs obuiare: vt fratres ſecunduꝫ modos licitos ⁊ congruos ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis elemoſynis non fraudentur: ac ſperantes ꝙ ijs que pro ſtatu proſpero dicti ordinis agenda fuerint per nos eo ſalubrius ⁊ vtilius conſuletur quo maiori fueritis in hac parte auctoritate muniti: diſcretioni veſtre de qua plenam in domino fiduciam obtinemus ſpeciales perſonas per vos taliter nominatas in ijs adminiſtrationem legitimam ⁊ generalem ⁊ liberaꝫ gerere: ⁊ ipſos veros ⁊ legitimos adminiſtratores economos ſyndicos ⁊ auctores eſſe de plenitudine poteſtatis preſentium auctoritate conſtituendo decernimus: qui res ipſas ⁊ rerum predictarum precium ⁊ predictas elemoſynas nomine dicte eccleſie recipiant per eoſdem in fratrum ipſoꝝ vtilitates ꝓut eis licet ex regula vel declaratione regule conuertenda: ſicut ⁊ quando a te fili genera.

lis ⁊ ſingulis alijs veſtrum in prouincia vel cuſtodia ſibi decreta vel ab
eiſdem fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti. Ac eedem perſone
petendi.exigendi.recipiendi.alienandi predicta tranſigendi quoq; ⁊ paciſ
ſcendi.conueniendi.compromittendi.remittendi.refutandi. quietationes
faciendi.agendi.defendendi ac in animas eorum de calumnia ⁊ veritate
dicenda iurandi ⁊ cuiuſlibet alterius generis iuramentū preſtandi cum il
lis ⁊ contra illos qui huiuſmodi res mobiles ⁊ immobiles ac precium ea-
rum vel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occuparent vel vio
lenter auferrent:ſiue contra voluntatem fratrum quomodolibet detine-
rent:⁊ generaliter in omnibus cauſis pro rebus ⁊ locis huiuſmodi ad ip
ſam eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſui conceſſis necnon pro
immunitatibus libertatibus ⁊ iuribus ac priuilegijs ⁊ indulgentijs eo-
rundem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis ⁊ cautionis onere plenam generalem
⁊ liberā habeāt auctate apoſtolica in iudicio ⁊ extra iudiciū po teſtatem.
Reuocandi quoq; perſonas eaſdem ⁊ earum quamlibet ac alias ſubro-
gandi vel noiandi per ſupradictum modū noiationis quotiens opportu
num fuerit:qui eandem in predictis vel ſimilem habeant poteſtatem ple
nam ⁊ liberam concedimus auctate pñtium facultatem. Nulli ergo om
nino hominū liceat hanc paginam noſtre conceſſionis ⁊ conſtitutionis i
fringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pre
ſumpſerit:indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum Petri ⁊ pau
li apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud vrbem veterē
xv. kl's februarij pontificatus noſtri anno ſecundo. Cum autem ſicut
exhibita nobis nuper pro parte miniſtrorum.cuſtodum ⁊ fratrum predi
ctorum petitio continebat:licet ipſi ex litteris ⁊ conceſſione prefatis ma-
gnum cōmodum quo puram in ipſo ordine obſeruantiam tenere ⁊ quie
tius diuinis officijs ac contemplationi vacare valerent ſe conſeq repor-
tareq; poſſe proſpiciant:ipſi tamen pie memorie Joannis pape viceſimi
ſecundi etiam predeceſſoris noſtri conſtitutione que incipit Ad cōditorē:
per quam miniſtris ⁊ cuſtodibus ⁊ fratribus predictis ne litteris ⁊ con-
ceſſione prefatis ſine apoſtolice ſedis ſpeciali licentia vtantur inter cete-
ra prohibetur obſtante:ſe litteris ⁊ conceſſione predictis ſine conſcientia
rum ſuarum ſcrupulo licite vti nō poſſe formidant licentia huiuſmodi de
ſuper nō obtenta:pro parte miniſtrorum cuſtodum ⁊ fratrum predictorū
nobis fuit humiliter ſupplicatum:vt ſuper his eis ⁊ eorum ſtatui ⁊ com
moditatibus paternaliter prouidere de benignitate apoſtolica dignare-
mur. Nos igiť ex p̄miſſis ⁊ certis alijs cauſis aium nrm mouētib⁹ hmōi
ſupplicatiōib⁹ inclinati:volum⁹ ⁊ auctate aplica tenore pñtiū miniſtris
cuſtodib⁹ fratrib⁹ p̄dictis cōcedimus:q̄ ipſi ⁊ eorꝫ ſinguli lr̃is p̄dictis ac
oibus in eis cōtentis libere ⁊ licite vti valeant:tamdiu ⁊ quouſq; p ſedē
p̄dictam aliud in premiſſis eidem ordini vtilius fuerit ordinatum. Nō ob ano 1428
ſtantibus p̄miſſis ⁊ alijs qbuſuis aplicis conſtitutionibus ceteriſq; con-
trarijs quibuſcūq;. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginam nr̃e cō-
ceſſiōis ⁊ volūtatis infringere ⁊c. Datū Rome apud ſanctos aplos kl's
nouembris pontificatus noſtri Anno, vndecimo.

Eugeni.4.lr̃as martini.4.⁊.5. ꝺ ꝓcuratore et ſyndico iſtituē do ſua bulla in ſerit.

EUgenius ep̃us ſeruus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Prouiſionis noſtre debet prouenire ſubſidio vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt ꝙ nos quarũdã Fe. Re. Martini pape quinti predeceſſoris noſtri litterarum in quibus nõnulle littere pie memorie Martini pape quarti etiam predeceſſoris noſtri inſerte noſcũtur tenorez in regiſtro ipſius Martini pape quinti predeceſſoris repertum pro eo ꝙ ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum generalis ⁊ ꝓuincialium miniſtrorum ac cuſtodum ordinis fratrum minorum petitio continebat: ipi hmõi tenore certis cauſis indigere noſcuntur: de regiſtro ipõ de verbo ad verbum tranſcribi: ⁊ ad eorum ſupplicationis inſtantia ꝫ preſentibus annotari fecimus q talis eſt. MARTINUS ep̃us ſeruus ſeruoꝝ dei. ad futuram rei memoriam. Amabiles fructus quos ſacer ordo ⁊c̃. ꝓut ſupra proximo habetur vſq̧ in finez. CETERUM cũ eaꝝ. lr̃arum tenor predictus ſic inſertus omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat: ap̃lica auctoritate decernimus: vt illud idem robur eãq̧ vim ac eundem vigorez dictus tenor per omnia habeat: que haberẽt originales lr̃e ſupradicte: ac eadez prorſus ipſi tenori fides adhibeatur quomodocũq̧ ⁊ vbicũq̧ in iudicio vel alibi vbi fuerit exhibitus vel oſtenſus: ac eidem ſtetur firmiter in omnibus ſicut eiſdem originalibus lr̃is ſtaret ſi forent exhibite vel oſtenſe. Per hoc autem nullum ius prefatis generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris ac cuſtodibus vel fratribus de nouo acquiri volumus: ſed antiquum ſiquod habent tantummodo conſeruari. Nulli ergo ⁊c̃. hanc paginam noſtre conſtitutionis ⁊ voluntatis infringere ⁊c̃. Datuz Rome apud ſanctũ Petrũ Anno incarnationis dñi. m. cccc.xxxij. Idibus Februarij pontificatus noſtri Anno ſecũdo.

ano 1433

Euge. 4. lr̃as mar. 5. ī qbus oīa loca obſuãtie ſub decreto ꝯſtãtie ñ poſuerat ſua bulla in ſerit.

EUgenius ep̃us ſeruus ſeruorum dei. ad ꝑpetuam rei memoriam. Ex ap̃lice nobis deſuper iniũcte ſeruitutis officio ad ea libenter intendimus: que perſonarum eccleſiaſticaꝝ quarumlibet preſertim ſub ſuaui religionis iugo ⁊ regulari obſeruantia ſua altiſſimo vota reddẽtiũ quies ⁊ cõmodum ſpecialiter procurentur. ⁊ vt eaq̃ pro eoꝝ ſtatu conſeruando ac in melius dirigendo prouide ꝓceſſiſſe comperimus illibata pſiſtant: libenter cum a nobis petitur ap̃lico munimine roboramus. Dudũ ſiquidem Fe. re. Martinus papa. 5. predeceſſor noſter vt vniuerſi ⁊ ſinguli Metine de campo. de valleoleto. de Cuellar. Sancti dominici ꝺ ſilis. Sancti michaelis de monte. Sancti franciſci de monte. Sancti franciſci de la ſalſeda. Sacti franciſci de areualo. Ac ſancti franciſci de conſtãtina. Salmanticenſis. Segonienſis. Burgẽſis. Palentinẽſis. Conchẽſis. Cordubenſis. Toletane. Abulenſis ⁊ Hiſpalenſis diocesum ⁊ alioꝝ infra caſtelle ⁊ legionis prouincias regnoꝝ caſtelle ⁊ legionis conſiſtentium domoꝝ ordinis fratrum minorum de obſeruantia nũcupatoꝝ iuxta

modum ipſius ordinis inſtitutoꝝ guardiani ⁊ fratres pn̄tes ⁊ futuri om
nibus ⁊ ſingulis exemptionibus.libertatibus.prerogatiuis.priuilegijs ⁊
gratijs necnon ſtatutis ⁊ ordinationibus tunc per generalē ſynodū cō-
ſtantienſem ante ⁊ poſt adiunctionē ſiue vnionē hiſpanice nationis eidē
ſynodo: q̄ꝫ etiam deinde per eum in ſue ad ſūmi apl'atus apicem aſſūptio
nis primordijs dilectis filijs vniuerſis de ſcō audomaro de varenis ⁊ d̄
dola morinēſis romēſis ⁊ biſuntinēſis diocesū ⁊ aliorum infra francie.
Burgundie.turonenſis ꝓuincias conſiſtentium domorum dicti ordinis
iuxta modū predictum inſtitutarum guardianis ⁊ fratribus ſeu in eorū
fauorem ſub quauis forma ⁊ expreſſione verboꝝ conceſſis ⁊ editis quo
rum oium tenores ſuis haberi lr̄is voluit pro expreſſis ex tunc in antea
vti ⁊ gaudere libere ⁊ licite poſſent: ac ſi illa eis ⁊ in eoꝝ fauorem ſpāliter
⁊ expreſſe conceſſa ⁊ edita fuiſſent eiſdem caſtelle ⁊ legionis regnorum
⁊ ꝓuinciarum domoꝝ hm̄oi fratrib⁹ per quaſdā primo ⁊ deinde ad ſup
plicationē chariſſimi in chriſto filij noſtri ioannis caſtelle ⁊ legionis reg[is]
illuſtris per alias ſuas lr̄as oībus dūtaxat ſub regulari obſeruātia ꝓ tē-
pore degentibus in hiſpaniarū partibus ꝯſiſtentib⁹ dicti ordinis fratri-
bus: vt quondam pacificus hiſpanus eiuſdem ordinis profeſſor pro pri
ma vice ⁊ ſucceſſiue ipi ſeu ex eis ad hoc pro tp̄e deputati generale capi-
tulum eiuſdem ordinis vbi quando ⁊ quotiens eis videretur indicere.te
nere ⁊ ad hoc aliquos de obſeruātia hm̄oi frēs conuocare in ipiſq; capi
tulis ex dictis frībus partium predictarū ſm̄ morē dicti ordinis ſingu-
los ꝓuinciales ac vna cum illis fratres de obſeruātia predicti vnum qui
etiā ꝓuincialibus miniſtris hm̄oi preeſſet dicti ordinis ꝓfeſſores in ge-
neralē vicarium qui ab hm̄oi ordinis de obſeruātia hm̄oi frībus ac etiā
per ipos de caplo ꝓ tp̄e deputatis ꝯfirmari deberēt ⁊ tenerētur: ipſoſq;
de obſeruātia frēs ⁊ eoꝝ domos ⁊ loca in dictis partibus dūtaxat ꝓ tp̄e
ꝯſiſtentia viſitando: ⁊ que ſm̄ deū ac regularis obſeruātie hm̄oi inſtitu-
ta ibidem corrigenda ⁊ emēdanda cognoſcerent: ſeruata tamen forma
eis in caplis hm̄oi pro tp̄e tradita corrigēdi.reformādi ⁊ emēdandi alia
q̄ꝫ in premiſſis ⁊ circa ea opportuna faciendi.diſponendi ⁊ exequēdi po
teſtatem haberent per ſe vel alios quos ad hoc deputandos ducerent:
eligere: deputare ⁊ ad vicariatū huiuſmodi officia aſſumere: in dictiſq;
capitulis tam circa vocationem ⁊ abſolutionē huiuſmodi vicariorum ⁊
alioꝝ quorūcūq; officialiū ſuoꝝ officioꝝ domoꝝ ⁊ locoꝝ quorūlibet ele-
ctionē quoq; iſtitutionē ⁊ ꝯfirmationē quā circa diffinitores ac ipaꝝ do
moꝝ ⁊ locoꝝ hm̄oi viſitatores in quolibet caplo d̄putādos ⁊ alia q̄ circa
obſeruantie huiuſmodi conſeruationem regimen ⁊ preuiſionem eis quo
modolibet neceſſaria ⁊ opportuna viderentur facere ſtatuere ⁊ ordina-
re ac exequi cōtradictores per cenſuram eccleſiaſticam ⁊ alia iuris reme
dia per ſe vel alios compeſcere valerent conſtitutionibus ⁊ ordinationi-
bus apoſtolicis ac priuilegijs.exemptionibus.indultis ⁊ litteris apo-
ſtolicis ordini fratrum minorum ⁊ perſonis eius per ſedem apoſtolicā
vel alias ſub quauis forma verborum in genere vel in ſpecie conceſſis
etiam ſi de illis ⁊ eorum totis tenoribus ſpecialis ⁊ expreſſa ac de ver-

do ad verbum mentio babenda fuiſſet: ſtatutis quoq̄ ⁊ conſuetudinib⁹ domoꝝ ⁊ ordinis fratrum de obſeruantia p̄dictorum etiam iuramento confirmatione apoſtolica ſeu quacunq̄ firmitate alia roboratis ceteriſq̄ contrarijs quibuſcunq̄ non obſtantibus: plenam ⁊ liberam facultatem auctoritate apoſtolica conceſſit: decernens irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper bis a quoq̄ quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari: prout in dictis litteris plenius continetur. Nos igitur earūdem litterarum omnium tenores preſentibus pro expreſſis baberi volētes: chariſſime in chriſto filie noſtre marie caſtelle ⁊ legionis regine illuſtris eiuſdem regis conſortis in bac parte ſupplicationibus inclinati: tā exemptionum, priuilegiorum. libertatum. prerogatiuorū concilij in eo q̄ guardianorum ⁊ fratrum prouinciarum regnorum caſtelle ⁊ legiōis domorum fauorem dūtaxat concernunt: quam predeceſſoris conceſſiones buiuſmodi necnon omnia ⁊ ſingula litteras predictas ⁊ per illas vt prefertur conceſſa ac in eis contenta. necnon quecunq̄ inde ſecuta auctoritate ap̄lica ex certa ſcīa ꝯfirmam⁹: ⁊ p̄ntis ſcripti p̄tocinio cōmunim⁹. Nulli ḡ ⁊c. nr̄e ꝯfirmatiōis ⁊ ꝯmiſſiōis infringere ⁊c. Datū florētie āno incarnatiōis dn̄ice. Mccccxxxiiij. Idib⁹ ſeptēbr̄ pōtificat⁹ nr̄i āno. iiij.

ano 1435

Eugenius. iiij. mōiales. ſ. clare ſub cura ⁊ regimine ge. ⁊ p̄uincialiū eē decernit.

Eugenius epiſcopus ſeru⁹ ſeruorū dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea que felicē ⁊ proſperum ſtatum eccleſiarum ⁊ monaſteriorum reſpiciunt libenter intendimus: ⁊ illa proſequimur fauoribus opportunis. Sane exbibita nobis nup̄ pro parte dilecti filij fratris guillelmi ſacre pagine p̄feſſoris ⁊ ordinis minorum generalis miniſtri petitio continebat: q̄ cum ipſe ad generale capitulum toloſe nuper celebratum tam ex incumbenti ſibi officio q̄ȝ etiaȝ noſtro mandato deformationes ⁊ abuſus monaſteriorum ſororum ſancte clare ſibi ⁊ prouincialib⁹ miniſtris ſui ordinis immediate auctoritate plenaria a ſede apoſtolica ꝯmiſſorum reformare tam in eundo q̄ȝ redeundo tentauerit: ⁊ in quibuſdam locis prouincie aquitanie ſcḋm modum ſui ordinis conatus: ordinationibus ⁊ reformatiōibus ⁊ neceſſarijs clauſuris ipſa monaſteria ad regularem obſeruantiā reuocare: vectes etiaȝ in exterioribus portis ipſorum apponendo cum ſeris: vt clauſura que in quibuſdam male ordinata in quibuſdam nulla penitus erat decetero ſeruaretur: ſicq̄ mandauerit a miniſtris poſtea in ceteris monaſterijs fieri ⁊ obſeruari: tam ipſorum q̄ȝ plurium monaſteriorum ſorores preſertim auinionis ciuitatis montis peſulani ⁊ marſilie ⁊ aliorum reformari nolentes: volentes ab ipſis inſtitutis ⁊ ordinationibus appellare: quibuſdam ex ipſis amouentibus ſeras ⁊ vectes vel facientibus amoueri: alijs recuſantib⁹ ipſa apponi: alijs etiam clauſuram que ſub voto regule predictarū continetur: ſub friuolis ⁊ repellendis omnino exceptionibus quales bic volumus baberi p̄ ſufficienter expreſſis contradicentibus: bm̄ōi reformatiōes ab ipſo factas confirmare ⁊ facultatem inſuper rebelles quaſcunq̄ puniendi ⁊ ad obſeruantiam earundem compellendi ſibi concedere dignaremur. Nos autē

ꝙ ſiqd de ipſa pecunia habita neceſſitate determinata ſuperit: cōſentiat
ipſe cōcedēs ꝙ reſiduū p̄fate pecunie ī res alias ꝓ aliꝭ ipſoꝝ fratū p̄di
ctis neceſſitatibꝰ cōuertat̃. Quo nō cōſentiēte p̄dictis: ipꝫ reſiduū (ſi qd
fuerit) reſtituat̃ eidē. Caueāt tñ frēs ꝙ ſollicite ſe coarctēt: vt nō plus ſciē
ter cōcedi cōſentiāt: qꝫ veriſimilit̃ extimari poſſit rē neceſſariā ꝓ q̄ pecu-
nia ipſa cōcedit̃ valiturā. Et qꝛ ī p̄dictoꝝ v̄boſa expoſitiōe: adante vel re-
cipiente de facili poſſet errari: vt clariꝰ vtilitati dantiū. puritati ordinis
ſimplicitati aliquoꝝ ſimpliciū. ſaluti aīaꝝ. hinc ⁊ inde ſecuriꝰ cōſulat̃: in
tellectū illū q ſatis ī hoc caſu a ſane ītelligēte ꝑcipit̃: p̄ntis ac ieternū va
liture cōſtitutiōis ſerie lucidamus: volētes illud ad cōeꝫ deduci noticiā:
videlicet ꝙ ſꝑ qñ pecunia fribꝰ ipſis mittit̃ vel offert̃: nec expſſe ꝑ miten
teꝫ vel offerentē aliud exp̄mat̃: p̄dictis modis ꝓrſus oblata intelligat̃ ⁊
miſſa. Nō eniꝫ veriſimile ē aliquē elemoſyne ſine exp̄ſſione modū illum

Delegatis fratribꝰ ī vltimis volūtatibꝰ factis.

velle p̄figere: ꝑ quē ⁊ donās merito: vel illi quoꝝ neceſſitatibꝰ intēdit ꝓ
donū huiꝰmodi ꝓuidere: vel effectu doni: vel ſue cōſciētie puritate fraudēt̃
¶ Adhec qꝛ fribꝰ ipſis iterdū in vltimis volūtatibꝰ ſub diuerſis modis

nõ nulla legãt: nec expſſe qd de ijs agendũ ſit i lr̃a vel ꝑdeceſſoꝝ nr̃oꝝ
declarationibꝰ cõtinet: ne i ipſis dubitari cõtingat i poſterũ: ꝓuidẽdo le
gãtibꝰ ⁊ fratrũ cõſcientijs ꝓcauẽdo; declaramꝰ ordinamꝰ ⁊ dicimꝰ. ꝙ ſi
teſtator modũ ſm quẽ fribꝰ coꝝ cõditõe iſpecta recipe nõ liceret exꝓmat
i legãdo: vt ſi legaret fribꝰ vineã vel agrũ ad excollẽdũ. domũ ad locan-
duz: vel ſimilia verba in ſimilibꝰ proferret: aut modos ſimiles in relin-
quendo ſeruaret: a tali legato ⁊ eius receptione per omnem moduz fra
tres abſtineant. ¶ Si vero modum licitum fratribus, in legando teſta-
tor expreſſerit: vt ſi diceret lego pecuniam pro fratrum neceſſitatibus ex
pendendam vel domum agrum vineam ⁊ ſimilia adhoc ꝙ per certam
perſonam vel perſonas idoneas diſtrahantur: ⁊ pecunia de rebus ipſis
accepta in edificia: vel alia fratrum neceſſaria cõuertant: aut in legando
ſimilibus modis vel verbis, vtatur in hoc caſu illud in omnibꝰ ⁊ ꝑ om
nia (conſideratis eorum neceſſitatibus ⁊ moderaminibus ſupradictis)
quantum ad fratres ſeruari decernimus: quod per nos eſt ſuperius i cõ
ceſſis pecuniarijs elemoſynis declaratum. Ad que legata ſoluenda tam
heredes teſtatoꝝ ꝙ executores ſe liberales exhibeant ꝙ prelati. Et etiã
ſeculares quibus de iure vl' de conſuetudine prouiſio iſta competeret: cũ
expedierit ſe ex officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates defi
cientium adimplendas. Nam ⁊ nos etiam ꝑ modos licitos ⁊ fratrum
regule congruos intendimus prouidere: ꝙ nec pia defunctorum deſtitu
atur intentio: ⁊ heredum cupiditas legitimis ictibus feriatur: ac ipſi fra
tres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur. ¶ Si vero fratribꝰ
ipſis generaliter aliquid abſq; modi expreſſione legetur: hoc i legato ſic
indeterminate relicto in omnibus ⁊ ꝑ omnia intelligi ac ſeruari volu
mus ⁊ in perpetuum preſenti conſtitutione iubemus: quod ſupra in pe-
cunia ſeu elemoſyna fratribus indeterminate oblata vl' miſſa voluimus
ac expreſſimus obſeruari: videlicet vt ſub modo licito fratribus intelliga
tur eſſe relictũ: ita ꝙ nec legãs merito: nec fratres ipſi effectu relicti frau-
dentur. ¶ Quia vero dominium librorum ⁊ aliorum mobilium quibus
tam ordo ꝙ fratres vtuntur que tamen non ſint dominij aliorum ad ꝑ.
fatam eccleſiaz ſpecialiter ſpectare dignoſcitur: que libros ⁊ mobilia in
terdum contingit ſeu expedit vendi vel etiam cõmutari: fratrum vtilita-
tibus ⁊ eorum conſcientijs prouidere volentes: eadem auctoritate con
cedimus: vt cõmutatio talium rerum ⁊ ad eas res quarum vſum fratri
bus liceat habere de generalis ⁊ prouincialium miniſtroꝝ in ſuis admi-
niſtrationibus coniunctim vel diuiſim auctoritate procedat: quibus eti-
am de diſpoſitione vſus talium rerum concedimus ordinare. Si vero
res huiuſmodi eſtimato precio vendi contingat: cuz fratribus ipſis per
ſe vel per alium recipere pecuniam regula prohibente non liceat: ordina
mus ⁊ volumus ꝙ talis pecunia ſeu precium recipiatur ⁊ expendatur
in rem licitam cuius vſum fratribus licet habere per procuratorem
a prefata ſede vel a cardinali gubernationem per ipſaz ſedem gerenti
eiuſdẽ ordinis deputãdum: iuxta modum i ſuperioribus neceſſitatibꝰ
preteritis ⁊ iĝruẽtibꝰ ordinatũ. ¶ De vilibꝰ aũt mobilibꝰ vl' parũ valẽti
bꝰ: liceat ex preſenti nr̃a cõceſſiõe fribꝰ pietatis ſeu deuotiõis intuitu vl'

De legatis indifferenter relictis.

De cõmutatione rerum mobilium.

De largitiõe reruz vilium.

ꝑ alia honeſta ⁊ rationabili cauſa obtenta ſup hoc pri⁹ ſupioꝝ ſuoꝝ licē tia (iuxta qđ iter fratres i generali vel ꝓuincialib⁹ capitulis tā de ipſis rebus vilib⁹ ſeu parū valētib⁹ ⁊ eaꝝ valore: q̄ p̄fata licentia: ſcilicet a q̄bus ⁊ q̄liter ſit habenda extiterit ordinatū) intra ⁊ extra ordinem alijs elargiri: ❡ Licet aūt contineatur in regula q̄ fratres habeant vnam tunicā cum capucio ⁊ aliā vne caputio: ⁊ videri poſſit illa fuiſſe inſtituentis intētio: q̄ neceſſitate ceſſante plurib⁹ nō vtāt̄: declaram⁹ q̄ poſſint frēs de licētia miniſtroꝝ ⁊ cuſtodū cōiūctiꝫ ⁊ diuiſim i adminiſtrationib⁹ ſibi cōmiſſis cū eis videbit̄ (p̄ēſatis neceſſitatib⁹ ⁊ alijs circūſtātijs q̄ ſcd̄ꝫ deū ⁊ regulā attēdēde videt̄) vti plurib⁹, nec p hoc videātur a regula deuiare: cū etiā in ipſa dicat̄ exp̄ſſe: q̄ miniſtri ⁊ cuſtodes d̄ iſirmoꝝ neceſſitatib⁹ ⁊ frib⁹ iduēdis ſollicitā curā gerāt ſꝫ loca ⁊ tpa ⁊ frigidas regiōes ❡ Et quāq̄ regula p̄dicta cōtineat q̄ de fribus iduēdis ⁊ neceſſitatibus iſirmoꝝ miniſtri tm̄ ⁊ cuſtodes ſollicitā curā gerāt ⁊ dictio illa tantū, ſic miniſtros ⁊ cuſtodes i hac cura pſtringere q̄ ab ea ceteros excludere prima facie videat̄: q̄ tn̄ ſollicite cōſiderare nos cōuenit ⁊ tēpus regule iſtitute quo frēs ipſi ad cōpationē p̄ntēꝫ nūero pauci erāt: ⁊ forſan miniſtri ac cuſtodes videbāt̄ tūc ad iſta poſſe ꝓcurāda ſufficere: ac nihilominus multiplicatōis fratrū ⁊ moderni tpis q̄litatē nec ſit veriſimile beatū frāciſcū iſtitutorē regule vel ipſis miniſtris ⁊ cuſtodib⁹ ipoſſibilitatis iugū voluiſſe p̄figere: vt̄ ex ipſi⁹ ipoſſibilitatis cōſequētia frēs ipſos ſuis neceſſitatib⁹ velle carere: cōcedim⁹ q̄ ipſi miniſtri ⁊ cuſtodes poſſint y alios hui⁹ cure ſollicitudinē exercere. Debēt etiā ⁊ alij frēs curā hui⁹ q̄ p̄fatis miniſtris ⁊ cuſtodib⁹ p̄cipue icūbit ex rt̄a: cū ſibi ab illis cōmiſſa fuerit gerere diligēter. ❡ Cōtinet̄ quoq̄ i rt̄a q̄ frēs q̄bus gratiā dedit dn̄s laborādi laborēt fideliter ⁊ deuote: ita q̄ excluſo accio aīe iimico ſctē ofonis ⁊ deuotiōis ſpm̄ nō extingāt. Qr vo ex verbo iſto frēs ipſos de ocioſitate vite ⁊ de regule trāſgreſſione iprobe notare interdū hacten⁹ aliq̄ ſunt conati: nos mort̄ hm̄ōi nefarios repmētes: declaram⁹ q̄ cōſideratis verbis p̄dictis ⁊ forma ſeu modo loquēdi ſub q̄bus frēs ad hm̄ōi exercitiū inducūt̄: nō videt̄ ea fuiſſe iſtituētis intētio, q̄ vacātes ſtudio vel diuinis officijs ⁊ miniſterijs exequēdis manuali labori ſeu opatiōi ſubijceret vel ad hocillos arctaret: cū exēplo xp̄i ⁊ multoꝝ ſanctoꝝ patrū labor iſte ſpūalis tanto illi p̄pōderet: quāto q̄ ſunt aīe corporalib⁹ p̄ferunt̄. Ad alios vero qui ſe i p̄dictis ſpūalibus opibus nō exercēt (niſi tales alioꝝ fratrū licitis officijs occupēt̄) ne ocioſe viuant verba p̄dicta declaram⁹ extēdi: niſi ⁊ tales tā excellētis ⁊ notabilis cōtēplationis ⁊ ofonis exiſterēt: q̄ merito ꝓpter hoc nō eſſent a tanto bono ⁊ pio exercitio ſubtrahēdi. Frēs eniꝫ quātumcūq̄ ſtudio vel diuinis miniſterijs nō vacantes ſed alioꝝ fratrū ſtudio vt̄ alijs diuinis officijs ⁊ miniſterijs vacātiū ſeruitijs inherētes: cū ipſis eiſdē q̄b⁹ fruiūt ſuſtētari merēt̄: qđ aſtruit̄ illa equa lege ſancitū: q̄ ſtrenuus pugnator ille dauid iuſte decreuit: videlicet q̄ diſcendētiū ad p̄liū ⁊ remanētiū ad ſarcinas portio eq̄ret̄. ❡ Verū q̄ exp̄ſſe cōtinet̄ i regula q̄ frēs nō p̄dicēt i ep̄atu alicui⁹ ep̄i cū ab eo illis fuerit cōtradictū: nos i hoc ⁊ deferētes regule ⁊ nihilominus auctatem ap̄lice plenitudinis cōſeruantes: dicim⁹ q̄ p̄dictū verbun ad lr̄am ſicut

Articul⁹. iiij. d̄ veſtib⁹ fratrū.

Arti. v. de modo laborādi.

Arti. vij. d̄ p̄dicatorib⁹.

regl'a ipa ꝓtulit obſuet: niſi ꝑ ſedē aplicā circa hoc ꝓ vtilitate ppl'i chri
ſtiani ſit cōceſſũ vel ordinatũ aliud vl'i poſterũ cōcedat ſeu etiā ordinet.
¶ Et q2 in eodē capitulo regule imediate ſubiũgitur: ꝙ null9 fratrũ ppl'o
audeat p̄dicare niſi a miniſtro generali fuerit examinat9 ⁊ etiā approba-
tus ⁊ ab eo officiũ predicatiōis ſibi cōceſſũ: nos ⁊ ſtatũ p̄teritũ ipſius
ordinis in paucitate ſui ⁊ modernũ in ampliato fratrũ numero: ac vtilita
tem aiaꝝ vt cōdecet aduertētes cōcedim9: ꝙ necdũ generalis examinare
appbare p̄dicaturos frēs i ppl'is ac illis cōcedere licētiā p̄dicādi: q̄ten9
ꝑſone idoneitatē ⁊ p̄dicatiōis officiũ licēcia ipſa reſpiceret ꝓut in regu-
la cōtinetur: verũetiā prouinciales miniſtri hoc poſſint in capitulis ꝓui-
cialibus cũ diffinitoribus: qđ etiā hodie obſeruari dicit ⁊ in fratrũ priui-
legijs ꝯtineri. Quā qdē licētiā p̄fati miniſtri reuocare ſuſpēdere valeāt
⁊ actare: ſicut ⁊ qñ id eis videbitur expedire. ¶ Sed qm̄ i deſiderijs nr̄is
hoc geritur: vt ad dei gl'iam ſalus proficiat aiaꝝ: ac dictus ordo ꝑ quem
iugiter ad amorē diuinũ affectio xp̄iane religiōis accēditur merito ⁊ nu
mero augeatur: cōcedimus ⁊ p̄nti ſtatuto firmamus: licere nō ſolum ge
nerali ſed etiā ꝓuincialibus miniſtris ꝑſonas fugiētes a ſeculo in frēs re
cipere: q̄ ꝓuincialiũ miniſtroꝝ licētia ꝑ ipm̄ generalē ſicut expedire vide
rit poſſit actari. Vicarij vero ꝓuincialiũ miniſtroꝝ ex officio vicarie licē
tiā hāc ſibi nouerit interdictā niſi ꝑ miniſtros eoſdē qbus hoc poſſe cō-
mittere vicarijs ⁊ alijs licere decernim9: hoc ipſis vicarijs ſpecialiter co
mittatur. Caueāt tñ ipi ꝓuinciales ꝙ hoc nō indiſcrete nō paſſim: ſed ſic
cōſiderate cōmittāt: ſicq3 illos qbus hoc cōmitti cōtigerit fidelib9 cōſi-
lijs fulciant: ꝙ oia diſcrete ꝓcedāt. ¶ Ne indifferēter oēs admittantur
ad ordinē: ſed illi tantũ q ſuffragātib9 eis litteratura idoneitate vl' alijs
circũſtātijs: poſſint vtiles eſſe ordini: ſibiq3 ꝑ vite meritũ ⁊ alijs ꝓficere ꝑ
exemplũ. ¶ Inſup dubitātib9 frib9 p̄dicti ordinis an (ꝓ eo ꝙ i regula di
citur) vt decedēte generali miniſtro ⁊ a ꝓuicialib9 miniſtris ⁊ cuſtodib9
in capitulo pēthecoſtes fiat electio ſucceſſoris: oim cuſtodũ multitudinē
oporteat ad generale capitulũ cōuenire: an vt oia cũ maiori trāqllitate
tractēt ſuff.re poſſit vt aliq de ſingulis ꝓuicijs q vocē habeāt alioꝝ iter
ſint: taliter reſpōdem9. ſ. vt ſingulaꝝ ꝓuinciaꝝ cuſtodes vnũ ex ſe cōſti-
tuāt quē cũ ſuo ꝓuiciali miniſtro ꝑ ſeipis ad capitulũ dirigāt: voces ac
vices ſuas ꝯmittētes eidē: qđ ſ3 etiā cũ cōſtituerint ꝑ ſeipos ſtatutũ hmōi
duximus approbādũ: qđ idē p̄deceſſor grego. ix. i caſu hmōi dr̄ reſpon
diſſe. ¶ Deniq3 q2 cōtinet i regula ſupradicta ꝙ frēs nō igrediāt mona
ſteria monachaꝝ p̄ter illos qbus a ſede apl'ica cōceſſa fuerit licētia ſpe-
cialis: q̄q3 hoc de monaſterijs pauperum monialiũ incluſaꝝ frēs hacten9
intelligendũ eſſe crediderit: cũ eaꝝ ſedes p̄fata curā habeat ſpecialē: ⁊ in
tellect9 hmōi ꝑ cōſtitutionē quādam tp̄e date regule viuēte adhuc beato
frāciſco ꝑ ꝓuinciales miniſtros fuiſſe credat i generali capitulo declara
tus: ijdē frēs certificari nihilomin9 ſe poſtularũt: an hoc de oib9 genera
liter cũ regula nullũ excipiat: an de ſolis monaſterijs itelligi debeat mo-
nialiũ p̄dictaꝝ? Nos vtiq3 generalit id eſſe ꝓhibitũ de quarũlibet cenobi
is monialiũ reſpōdem9: ⁊ noie monaſterij volum9 clauſtrum domos ⁊

Articulus. vij. đ modo recipiēdi fratres ad ordinem.

Arti. viij. đ electiōe generalis miniſtri.

Arti. ix. đ igreſſu monaſteriorum mōialiũ.

officinas interiores intelligi: pro eo q̄ ad alia loca vbi hoīes ſeculares
cōueniūt: pꝰſit frēs illi cauſa p̄dicationis vel elemoſyne petēde accedere:
q̄bus id a ſupioribus ſuis pro ſua fuerit maturitate vel idoneitate con-
ceſſum: exceptis ſemp̄ p̄dictaꝝ monaſterijs incluſaꝝ: ad que nulli datur
accedēdi facultas ſine ſedis eiuſdē licētia ſpeciali: qd̄ etiā ipſe idē p̄deceſ-
ſor Gregorius. ix in eo caſu dicit̄ reſpondiſſe. ¶ Ceterū ſancte memorie
cōfeſſor xp̄i Frāciſcus mādaſſe dr̄ circa vltimū vite ſue: cuiꝰ mādatū ip-
ſius dr̄ teſtamētum: q̄ verba ipſius regule non gloſentur: ꝛ vt verbis vta
mur eiuſdē: q̄ ſic vl̄ ſic itelligi debeat nō dicat̄: adijciēs q̄ frēs nullo mo
do aliquas lr̄as ab ap̄lica ſede petāt: ꝛ alia q̄dā iterſerens. q̄ nō poſſent
ſine multa difficultate ſeruari: pp̄ter qd̄ frēs heſitātes an tenerēt̄ ad ob
ſuātiā teſtamēti p̄dicti: dubitationē hmōi p eūdē predeceſſorē Grego.
ix. petierūt de ipſoꝝ cōſciētijs amoueri. Qui ſicut aſſerit̄ attēdēs pericu
lum aiaꝝ ꝛ difficultates q̄s pp̄ter hoc poſſent incurrere: dubietatē d ip
ſoꝝ cordibꝰ amouēdo: dixit frēs ipos ad ipſius mādati obſuātiā nō te
neri: qd̄ ſine cōſenſu fratrū ꝛ maxime miniſtroꝝ quos vniuerſos tange
bat obligare nequit: nec ſucceſſorē ſuū quomodolibet obligauit: cū non
haberet iperiū par in parē. Nos aūt circa p̄ſitez articulū nihil duximus
innouandū. ¶ Adhec a nōnullis p̄deceſſoribus nr̄is romanis pontifici
bus circa declarationē ipſius regule ꝛ ipſaꝫ regulā ac eā contingētia di-
uerſas lr̄as intelleximꝰ emanaſſe. Sed nec p hoc mordaciū predictorū
cōtra regulā ipſaꝫ ꝛ frēs qeuit inſultus: nec p ipſas lr̄as ſtatui fratrū p̄
uideret̄ in multis: i q̄bus de nouo vel aliter neceſſario p̄uidēdū eſſe mul
toꝝ poſtea caſuū cōtingētiū experiētia indicauit. Nos itaq; ne litterarū
hmōi ꝛ p̄ſītis cōſtitutionis diuerſitas vel intellectus aduerſitas i p̄dicto
rū obſuatione fratrū animos pturbaret: ꝛ vt plenius clarius ꝛ certiꝰ eo-
ruꝫ ſtatui ꝛ obſuātie p̄dicte regule conſulat̄: in oībus ꝛ ſingulis illis ar-
ticulis quos cōſtitutio ipſa cōtinet: q̄tq̄ ipſi vel eoꝝ aliqui cōtineant̄ in
alijs lr̄is ap̄licis ſupradictis: hāc nr̄am cōſtitutionē declarationē ſeu or
dinationē tm̄ a frībus ipſis preciſe ac inuiolabiliter decernimꝰ ppetuis
tēporibꝰ obſuandā. ¶ Cū igit̄ ex predictis ꝛ alijs p nos cū multa matu
ritate diſcuſſis regula ip̄a licita. ſancta pfecta ꝛ obſeruabilis nec vlli pa
tens diſcrimini euidēter appareat: illā ꝛ oīa ſuprascripta p nos ſtatuta
ordinata. conceſſa. diſpoſita. decreta. declarata etiā ꝛ ſuppleta de ap̄lice
poteſtatis plenitudine apꝓbamꝰ. cōfirmamus. ꝛ volumꝰ exiſtere ppe-
tue firmitatis: in virtute obediētie diſtricte p̄cipientes: q̄ hec cōſtitutio
ſicut cetere cōſtitutiones vel decretales ep̄le legat̄ in ſcolis. ¶ Et q̄r ſub
colore liciti nōnulli cōtra frēs ipſos ꝛ regulā in legendo exponēdo atq;
gloſando poſſent virus ſuciniqtatꝫ effundere: ac cōſtitutionis intellectū
ipſum in diuerſas ꝛ aduerſas ſentētias p̄ducētes: ſuis adinuentioni-
bus deprauare: ꝛ opinionū diuerſitas ac diſtorſio intellectus multoꝝ pi
os animos poſſet inuoluere: ꝛ a religionis ingreſſu multoꝝ corda ſub-
trahere: taliū detrahentiū vitāda puerſitas cogit nos ipſis viā ad p̄di-
cta precludere: ꝛ certū p̄cedēdi modū hāc cōſtitutionē legētibꝰ prefinire
Itaq; ſub pena excōicatiōis ꝛ priuationis officij ac bñficij diſtricte p̄ci-

An teſtamētū bti frāciſci aliq̄tenus obligauit, arti. x.

De eiuſdē declarationis firmitate ꝛ auctoritate: atq; publicatiōe. arti. vltimus.

pimus: vt pn̄s conſtitutio cum ipſam legi contigerit ſicut prolata eſt: ſic fideliter exponatur ad litteram: concordantie, contrarietates ſeu diuerſe ⁊ aduerſe opiniones a lectorib⁹ ſeu expoſitorib⁹ nullaten⁹ inducāt. Super ipſa cōſtitutione gloſe nō fiant: niſi forſan p quas verbum vel verbi ſenſus ſeu conſtructio vel ipſa conſtitutio quaſi grāmaticaliter ad lrām vel intellegibilius exponatur: nec intellectus ipſius p legentē deprauet in aliquo: ſeu diſtorqueat ad aliud q̄ lr̄a ipſa ſonat. ¶ Et ne ſedez predictam contra detractores hmōi oporteat vlterius laborare: vniuerſis ac ſingulis cuiuſcūq̄ preeminētie, cōditionis aut ſtatus diſtricte p̄cipimus ne contra predictā regulā ⁊ ſtatū p̄dictoꝝ fratruz ſeu cōtra p̄miſſa p nos ſtatuta. ordinata. conceſſa. diſpoſita. decreta. ⁊ declarata. ſuppleta ⁊ approbata ⁊ etiam confirmata. dogmatizent. ſcribant. determinent. predicent. ſeu praue loquātur publice vel occulte. ¶ Sed ſiquid penes aliquez in his ambiguitatis emerſerit: hoc ad culmē p̄dicte ſedis apoſtolice deducatur: vt ex auctoritate apoſtolica ſua in hoc manifeſtet intentio: cui ſoli conceſſum eſt in his ſtatuta condere ⁊ condita declarare. ¶ Gloſantes vero inſcriptis conſtitutionem ipſam aliter q̄ eo modo quo dixim⁹: doctores inſuper ſiue lectores dum docent in publico ex certa ſcientia ⁊ de liberate intellectum conſtitutionis hmōi deprauantes: facientes quoq̄ cōmentum ſcripturas ſeu libellos: ac ex certa ſcientia ⁊ deliberate determinātes in ſcholis: ſeu predicātes cōtra predicta vel aliqua ſeu aliquod predictoꝝ: non obſtantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs aut lr̄is apoſtolicis quibuſcūq̄ dignitatibus, perſonis, ordinibus, aut locis religioſis vel ſecularibus: generaliter vel ſingulariter ſub quacunq̄ forma vel expreſſione verboꝝ conceſſis: q̄ nolumus aliquib⁹ in premiſſis quomodolibet ſuffragari: excōicationis ſententie quā ex nūc in ipſos pferimus ſe nouerint ſubiacere: a qua p neminē niſi p romanū pontificez poſſint abſolui. ¶ Inſup tā iſtos cōtra quos p nos excōicationis eſt prolata ſententia: quā alios ſi qui fuerint circa premiſſa vel eoꝝ aliqd venientes ad noſtram ⁊ ſedis memorate volumus deduci noticiam: vt quos prouiſus modus equitatis non arcet: a vetitis compeſcat rigor apoſtolice vltionis. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre declarationis, ordinationis, conceſſionis, diſpoſitionis, ſuppletionis, approbationis, confirmationis, ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationez omnipotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datuz ſcuriani decimonono kl's Septembris pontificatus noſtri anno ſecundo. QVIBVS QVIDEM. lr̄is apoſtolicis tam regule fratrū minorum prefate q̄ eiuſdem regule ſummoꝝ pontificū ſupra noiatoꝝ declarationū corā nobis vt premititur preſentatis: ⁊ per nos receptis: pro parte predicti reuerendi patris fratris Joannis del rio vicarij prouincialis fratrū minorum regularis obſeruantie ſupraſcripte prouincie ſancti Jacobi nobis expoſitū fuit: q dictus pater vicarius prouincialis ſeu alij eiuſdem religionis frēs aliquibus iuſtis ex cauſis in diuerſis ptibus ex dictis lr̄is aplicis ſe adiuuare intendūt:

⁊ qꝛ timet originales lr̃as apl̃icas ſupraſcriptas, aq̃, igne, incẽdio, robo, rapina, furto vł aliquo alio caſu fortuito ꝑdi ſeu amitti poſſe: ⁊ occaſione hmõi frẽs eiuſdẽ ordinis maxie regularis obſuãtie aliqđ detrimẽtũ pati: ⁊ idẽ p̄dicte religiõi nõ paruã iacturã euenire igiť ex ꝑte p̄dicti pr̃is noie reliquoꝝ eiuſdẽ ordinis religioſoꝝ fuit a nobiſ petitũ: lr̃as p̄dictas apl̃icas auctẽticari, exẽplari, auctorizari ⁊ trãſumptari ⁊ i publicã trãſũpti formã ꝑ nos reddigi mãdari: notarioq; publico īfraſcripto cõmitti q̃tenus ex eiſdẽ vnũ duo aut plura publicũ ⁊ publica trãſumptum ⁊ trãſumpta extrahi facere: cui ⁊ qb⁹ oibus nr̃aꝫ auctͣtẽ ⁊ decretũ iudiciale iterponi i iudicio ⁊ extra vbiq; valituris: ſuꝑ quo nr̃m officiũ ꝑ parte p̄dicti pr̃is ꝓuicialis iploratũ fuit. Nos vero attendẽdo petitionem hmõi iuri cõſonã ⁊ rationi: nr̃m citatiõis editũ generale cõtra oẽs ⁊ ſingulos ſua cõiter vel diuiſim itereſſe putantes valuis cathedralis eccl̃ie hmõi Salmantiñ ciuitatis affigendũ iuxta ſtilũ nr̃e curie ad certũ pemptoriũ terminũ cõpetentẽ decreuim⁹: ⁊ afigi fecim⁹ ad diẽ videlicet ⁊ locũ ⁊ horã iſraſcriptos: qb⁹ aduenientib⁹ deuot⁹ religioſus

noie p̄dicti pr̃is vicarij cõparuit corã nobis: oim citatoꝝ nõ cõparentiũ ⁊ rebelliũ cõtumacias accuſauit: ipoſq; cõtumaces reputari: ⁊ ad p̄miſſa ꝓ ꝑte p̄dicti pr̃is ꝓuicialis petita ꝑ nos ꝓcedi debita cũ iſtãtia poſtulauit: q̃ ꝓpter nos cõſiderãtes petitionẽ hmõi nobis factã eſſe iuri cõſonã ⁊ rationi: q͛q; iuſta petẽti nõ ẽ denegãd⁹ aſſenſus: oẽs ⁊ ſingulos nõ cõparẽtes reputãdo ꝓ vt erãt ⁊ fuerũt nõ imerito cõtumaces: lr̃as apl̃icas originales hmõi ſupra iſertas nr̃is i manib⁹ recepimus ⁊ aſſũpſim⁹: eaſq; vidim⁹, legim⁹, tenuim⁹, palpauim⁹ ⁊ diligẽť examinauim⁹: ⁊ qꝛ ſanas, itegras, nõ rotas, nõ viciatas, nõ cãcellatas neq; i aliqua earꝝ ꝑte ſuſpectas: ſꝫ oi ꝓrſ⁹ vicio ⁊ ſuſpictiõe carẽtes iuenim⁹: taleſq; eaſdẽ ꝓnũciauim⁹ tenoreq; p̄ñtiũ ꝓnũciam⁹: ideo notario publico iſraſcripto cõmiſim⁹ ⁊ mãdauim⁹ cõmittim⁹ q; ⁊ mãdam⁹ ꝑ p̄ñtes: q̃ten⁹ ex eiſdẽ vnũ duo aut plura publicũ ⁊ publica trãſũptũ ſeu trãſũpta extraheret ſeu extrahi faceret: cui ⁊ qb⁹ cũ originalib⁹ ꝑ ipm fideliť collacionato ⁊ collacionatis ac ſuo cõſueto ſigno ſignatis: nr̃aꝫ ex tũc ꝓut ex nũc ⁊ ecõuerſo auctͣtẽ ordinariã ⁊ iudiciale decretũ iterpoſuim⁹ ⁊ iterponim⁹ i iudicio ⁊ extra vbiq; valituris: ſedẽdo ad hoc ꝑ tribunali: de qbus oib⁹ ⁊ ſingulis ſupradictis ꝓ ꝑte p̄dicti pr̃is vicarij ꝓuicialis noie quo ſupra vnũ duo ⁊ plura publicũ ⁊ publica iſtrumẽtũ ⁊ iſtrumẽta i publica forma fieri ⁊ ſibi dari petitũ fuit. Acta fuerũt hec i ciuitate ſalmantiñ i palacio ep̄ali hora audiẽtie veſpoꝝ cãꝝ ꝯſueta: nobis inibi ꝑ tribunali ſedẽtibus. Anno a natiuitate dñi Milleſimo quingenteſimo

die vero          mẽſis          p̄ñtib⁹ ibidẽ diſcret; viris dñis

# IN dei nomine amē

Uniuerſis ⁊ ſingulis tam pñtibus ꝗ̃ futuris pñtes litteras inſpecturis viſuris atqꝫ lecturis

Prouiſor officialis ⁊ vicarius generalis in eccleſia ciuitate ⁊ dioceſi Salamantina per reuerēdū in chriſto patrem ⁊ dñm dñz

Dei ⁊ apoſtolice ſedis gr̃a ep̃m ſalamantinuz Sereniſſime atqꝫ catholice dñe nr̃e regine h iſpaniarū conſiliariū: Salutē in dño ſempiternā. ⁊ p̃ſentibus fidē indubiā adhibere. Proceſſū in curia romana in fauorez fratrū minorum regularis obſeruantie pe reuerendū in xp̃o patrē dominū Antoniū de monte idem dei ⁊ apl̃ice ſedis gr̃a electū ciuitatis caſtelli: Dñi nr̄i pape necnō eius camerarij ac curie cauſaꝝ camere apl̄ice generalem auditorē ⁊ omniū litteraꝝ apoſtolicarū ac ſniaꝝ in romana curia p̃ſertim per ſūmos pontifices latarum iudicem vniuerſalem ⁊ executorē ſuper certas litteras apl̃icas fulminatū: necnon alias litteras etiam apoſtolicas quorūdam ſūmoꝝ pontificum ordini corūdez fratrum minoꝝ ac ipſis fratribus conceſſas ſigillis plūbeis ⁊ cereis reſpectiue munitas. Et tam dictum proceſſum ꝗ̃ dictas litteras apoſtolicas ſana ſiquidem omnia ⁊ integra: non vitiata: non cancellata: necqꝫ in aliqua eorum parte ſuſpecta. Sed omni prorſus vitio ⁊ ſuſpicione carentia nobis ex parte reuerendi patris fratris Joannis del Rio vicarij ꝓuincialis predictoꝝ fratrū minoꝝ regularis obſeruantie in prouincia ſancti Jacobi corā notario publico ⁊ teſtibus infra ſcriptis preſentata recepimꝰ: quoꝝ oīum tenores ſequūť. Et ſunt tales.

# REuerendiſſimis ac reuerendis in xp̃o patribus ⁊ Dñis dñis dei ⁊ apoſtolice ſedis gratia p̃riarchis archiep̃is ep̃is coꝝqꝫ ⁊ cuiuſlibet ipſorum in ſp̃ualibus ⁊ tp̃alibus vicarijs ſeu officialibꝰ generalibus ac abbatibus quibuſcūqꝫ: necnon venerabilibus ⁊ circūſpectis viris dñis quarūcunqꝫ parrochialiū eccleſiaꝝ rectoribus ſeu loca tenentibꝰ eorūdem per vniuerſas mūdi partes ⁊ ꝓuincias conſtitutis ⁊ eoꝝ cuilibet inſolide oībuſqꝫ alijs ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt: intererit: intereſſeqꝫ: ⁊ quem ſeu quos infraſcriptū tangit negōciū: ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum: etiā cōiter vel diuiſim quibuſcūqꝫ noībus cenſeātur. ⁊ quacūqꝫ p̃fulgeāt dignitate ſeu auctoritate ANTONIUS De monte dei ⁊ apoſtolice ſedis gratia electus ciuitatis caſtelli dñi noſtri pape: necnō eius camerarij ac curie cauſarū camere apoſtolice generalis auditor: ⁊ omniū litterarū apoſtolicarū ac ſententiarū

in romana curia pſertim per ſūmos pontifices latarum iudex vniuerſalis ⁊ executor ad infra ſcripta vna cū alijs diuerſis noſtris in hac pte collegis cum illa clauſula quatenus per ſe vel alium ſeu alios ⁊c̄.a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus. Salutem in domino ⁊ noſtris huiuſmodi imo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis aliquas litteras apoſtolicas fratrum ordinis minoꝝ regularis obſeruātie ac alias fratrum ordinis glorioſiſſime ſemperq̧ virginis marie de monte carmeli eiſdem fratribus minoribus per pie memorie Sixtum quartum ⁊ alexandrum ſextum romanos pontifices in litteris vulgariter bulla aurea nuncupatis ⁊ in alijs infra inſertis reſpectiue cōmunicatas ſanas ſiquidem ⁊ integras non vitiatas: non cancellatas: neq̧ in aliqua earum parte ſuſpectas; ſed omni prorſus vitio ⁊ ſuſpitione carentes vt in eis prima facie apparebat: nobis per venerabilem ⁊ religioſum virum patrem dn̄m fratrem antoniū del Rincon predicti ordinis fratrum minoꝝ profeſſorem ſuo ⁊ aliorum fratrum minorum ac fratrum tertij ordinis eiuſdem ſancti Franciſci: necnon monialium ſancte clare ac eiuſdem tertij ordinis aliarumq̧ religioſarum virginum viduarum mantellatarum biguinarum pinzochearum ſororum cōmiſſarum ac oblatarum: necnon aliarum omnium vtriuſq̧ ſexus ⁊ cuiuſcunq̧ ſtatus perſonarum quibus eedē littere apoſtolice conceſſe cōmunicate ſeu extenſe ſunt noībus: coram notario publico ⁊ teſtibus infra ſcriptis fuiſſe pñtatas: quas nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus. Quarūq̧ litterarum aplicarum predictarum tenores. De verbo ad verbum ſucceſſiue ſequūtur. Et ſunt tales.

Pius ſecūd⁹

Bulla piana ſeu eugeniana ſeparans obſeruantes a cōuētualib⁹.

1458

ano 1458

Pius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac vicarijs ceteriſq̧ fratribus ordinis beati frāciſci tam cōuentualib⁹ q̄ȝ de obſeruantia nuncupatis ſalutē ⁊ apoſtolicam benedictionem. Pro noſtra ad beatum franciſcum deuotione ⁊ pro ea beniuolentia ⁊ charitate qua veſtrum complectimur ordinem libenter ea facimus ⁊ concedimus que ipſius ordinis ⁊ veſtrā diuȝ ⁊ ſinguloꝝ pacē vnionē atq̧ concordiā quomodolibet concernere videāt. Sane felicis recordatiōis eugeni⁹ papa q̄rt⁹ predeceſſor noſter ad eandem vt videtur pacem vnionem ⁊ concordiam veſtri ordinis et veſtrā anhelans: litteras infra ſcripti tenoris conceſſit. EUGENIUS. Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei: ad perpetuam rei memoriam Ut ſacra ordinis minorum religio cuius ȝeli ſinceritas ex ſuis laudabilib⁹ clarens opib⁹ ꝯmēdabile plurimū catholice fidei pſtare nō deſinit augmētū ab oī reddat q̄ntū pmiſerit altiſſim⁹ aduerſitate ſecura: infixiſ gerimus inſitum votis eſſ cere: vt ſubmoto quod officit ⁊ ſubrogato quod proficit nil maneat qđ fratres accepti forſan ſubtrahat ſalubritate propoſiti; aut vllate n⁹ robur ſacre religiōis infringat. Sane ſiqdē di

lectus filius Antonius de ruſconibus ſacre theologie pfeſſor ac ordi-
nis minoꝝ generalis miniſter nobis ſuadẽtibꝰ ẽt nõnullis ſacre theo
logie pfeſſoribus ⁊ probis ipſius religionis viris ſuaſionis veſtre pro
poſitum laudãtibus aſſentiẽtibuſq; ⁊ id ipſum conſulenti bus: duos in
ſtituit vicarios dilectos ſcilicet filios ioãnez de capiſtrano in ⁊ ſupꝛ om
nes in partibus ciſmontanis: ⁊ Joannem de mauberto in ⁊ ſuper om.
nes in partibus vltra montanis eiuſdẽ ordinis fratres de obſeruantia
nuncupatos profeſſores cum plenaria ſui officij poteſtate vtriq; ſigilla
tim conceſſa vt ſuis noſtris inſertis litteris euidenter apparet, Cuz igi
tur ex prefata inſtitutione ſtatus quietẽ fugata vagatiõis materia ſacro
ſtudio attentionẽ perſonarũ augmentũ ⁊ plurima bona vt certa experi
entia didicimus ipſis fratribꝰ de obſeruãtia nuncupatis: necnon chriſti
ane religiõni ex eorum exemplari vita acceſſiſſe intelligamus: ⁊ pluriō
ra dño concedente in futurũ euenire ſperentur ſi eadem inſtitutio futu-
ris tẽporibus perſeueret: nos qui ſingulorum preſertim regulari obſer
uantie deditorum quietem pariter ⁊ ſalutem intenſis deſiderijs affe-
ctamus: inherentes conſtitutiõibus ⁊ ſtatutis ſuper huiuſmodi diſpo-
ſitiõibus editi ſacri conſtancienſis concilij ⁊ felicis recordatiõis Mar
tini pape quinti predeceſſoris noſtri: motu proprio: nõ ad aliquã ſuper
hoc nobis oblate petitionis inſtantiã: ſed ex certa noſtra ſciencia aucto-
ritate apoſtolica de conſenſu ⁊ aſſenſu venerabilium fratrũ noſtroꝝ ſan
cte romane eccleſie cardinalium ſtatuimus ⁊ ordinamus vt deinceps
vicarius generalis ipſorum fratrũ de obſeruantia vltra montanꝰ circa
finem triennij ex quo ad officium vicariatus electus fuerit: poſſit ⁊ de-
beat conuocare vicarios ⁊ diſcretos vocem in congregatiõe habentes
deputatos: ⁊ circa quarũlibet vicariarũ ⁊ puinciarũ ſibi ſubiectarũ in lo
co per ipſum vicarium generalẽ deputando: ⁊ circa finẽ ipiꝰ triennij ca
pitulariter facere congregari: quorũ ſi qui infirmitate vel legitimo im
pedimento detenti intereſſe non poſſent: per nuncios ab eis deputatos
vel ſuppletis votis eorum iuxta eoꝝ conſuetudinẽ preſentia ſuppleat
qui ſic congregati facultatẽ habeant omnia ⁊ ſingula faciendi ordinã-
di atq; diſponendi: que de iure conſuetudine ⁊ ex priuilegijs poſſũt fra
tres eiuſdem ordinis in eoꝝ generali capitulo cõgregati ⁊ precipue eli
gendi ⁊ eligere ſint aſtricti vnũ religioſuz eiuſdem ordinis in eoꝝ ſumi
lem vicariũ generalem: cuius electionẽ ſi a maiori parte eligentiũ cele
bretur: quã primũ cõmode fieri poterit generali miniſtro totiꝰ ordinis
iuxta eorum cõſuetudinẽ faciãt preſentari. Ipſe vero generalis mini
ſter infra triduũ a preſentatiõe ſibi facta: pdictum electum cõfirmare te
neatur: concedendo ei ⁊ cõmittẽdo plenarie vices ſuas: dando ſcilicet
liberam ptãtem ⁊ auctoritatẽ ac oĩmodã facultatez ſuã ſuper oẽs ⁊ ſin
gulos fratres de obſeruantia nuncupatos, ⁊ ſi alio noĩe quippiã eoruz
noientur in ptibus vltramõtanis cõmorantes ⁊ cõmoraturos tam in
capitibus q̃ in mẽbris viſitandi publice ⁊ priuate: vocãdi: citandi: in-
quirendi: examinãdi: pcedendi: iudicandi: ãmouẽdi: terminãdi: decidẽ
di: ſignãdi approbãdi: reprobãdi: coartandi: detinendi: puniendi, carce

De electiõe vicarij generalis ⁊ de cõfirmatiõe ⁊ eiꝰ ptãte

randi: a carceribus liberandi: actus legitimos reſtituendi. fratres vica-
riarum ⁊ ꝓuinciarũ huiuſmodi collocandi ⁊ cõmutandi: expellendi: ⁊
reuocãdi. frẽs de ciſmõtanis partibus cum bona licentia venientes: re
cipiendi. apoſtatas oẽs ad ordinẽ redire volentes cũ pnia que eidẽ vi-
cario videbitur iniungenda reducendi ⁊ acceptandi: fratres conuentua
les dũmodo ſuis miniſtris nõ ſint rebelles ⁊ ab eis licentiã petierint
⁊ penitentiam non effugiant delictoꝝ veraciter cupientes ad meliorẽ
frugẽ ſe transferre ⁊ viuere regulariter recipiendi. officiales ⁊ prelatos
quoſlibet ſibi ſubiectos cum opus fuerit aut caſus exegerit: priuãdi: ab
ſoluendi: deponendi ⁊ reſtituẽdi vel alios loco eoꝝ de conſenſu tñ fra-
trum eorũdem locoꝝ in quibꝰ huiuſmodi officiales aut prelati exiſtũt
vel ſaltim maioris partis eorũdem. fratres: conuẽtus: domos: loca ⁊
heremitoria ꝑdicta preſentia pariter ⁊ futura eis ſubiecta informãdi et
reformandi abſq; ſocio vel ſine licencia de ciſmontanis partibꝰ venien
tes ſeu vltra montes delinquẽtes puniẽdi. Et quos nouerint habiles ⁊
idoneos etiã ad ſacros ordines vſq; ad ſacerdotiũ incluſiue ꝓmoueri
faciendi ad cõfeſſionis ⁊ predicationis officia ꝓmouẽdi: ⁊ promotos
cum eidẽ vicario videbitur priuãdi ⁊ ſuſpendẽdi: oẽs ⁊ ſingulos fratres
ſibi ſubiectos ab oibꝰ peccatis ſuis ⁊ penis ſpiritualibꝰ ⁊ tpalibꝰ: excõ
municatiõibus: ſuſpẽſionibꝰ: trãſgreſſionibꝰ regule ⁊ ſtatutoꝝ: caſibꝰ:
irregularitatibꝰ ⁊ cenſuris prefato generali miniſtro cõmiſſis vel reſer
uatis libere abſoluẽdi: liberãdi ⁊ diſpenſandi quotiẽs opus fuerit. Se
quoq; ab huiuſmodi abſolui: liberari ⁊ diſpẽſari faciẽdi etiam quotiẽs
ei videbitur oportere: ad oẽs ꝓuincias ⁊ vicarias ⁊ ad preſentiã ipſius
generalis ad romanã curiam accedẽdi ⁊ mittendi: fugiẽtes a ſeculo ac
quoſcunq; volẽtes deo in dicto ordine deſeruire tã pro laicis q̃ pro cle
ricis ad habitũ ⁊ profeſſionẽ recipiẽdi: gratie ſiue littere quecunq; a pre-
fato generali miniſtro eiſdem fratribꝰ conceſſe vel deſtinate vel in poſte
rum cõcedẽde vel deſtinãde: ſi tales eſſent ꝑ quas ab obſeruantia regu-
lari diſtraherẽtur fratres huiuſmodi: aut q̃ ſcandalũ in regimine eidẽ
vicario cõmiſſo parerent habeãtur pro infectis. Cõtradictores ⁊ rebel
les ꝑ cenſurã eccl'iaſticã ⁊ alia iuris ⁊ dicti ordinis remedia etiã p inuo
cationẽ brachij ſeclaris vel eccl'iaſtici ſi opus fuerit: compeſcẽdi. Cõgre
gationes in ꝓuincijs ⁊ vicarijs omnibꝰ eis ſubiectis ſiue ꝑ electione vi
carioꝝ ſiue ꝓ alijs vtilibꝰ negocijs ⁊ occurrentibꝰ oportunis faciendi
ſiue fieri faciẽdi. Et generaliter ſpecialiterq; oia alia ⁊ ſingula circa fra
tres: cõuentꝰ: domos: loca ⁊ heremitoria huiuſmodi faciẽdi: exercẽdi
⁊ diſponẽdi: ordinãdi: adminiſtrãdi ⁊ ſtatuẽdi q̃ ipe miniſter generalis
facere poſſet ſi pſonal'r intereſſet eaſdẽ inſup auctoritates ⁊ grãs: pote-
ſtates ⁊ facultates ꝑ ipm miniſtrũ generalẽ eidẽ vicario conceſſas vel
eaꝝ partẽ alijs fratribꝰ quos ad hec iudicauerit idoneos cõmittẽdi ⁊
cõcedẽdi: necnõ ꝑ ipos ꝑdicti vicarij cõmiſſarios cõmitti ⁊ ꝯcedi faciẽ
di. Mãdat p̃terea ipe gñalis miniſter (quod mãdatũ i cõmiſſione ꝑdi
cto vicario facta in ſcriptis ſemꝑ appareat:) oibꝰ ⁊ ſingulis fratribus
in ꝑfatis vltramõtanis partibꝰ cõmorãtibus ⁊ cõmoraturis ꝑlatis ac

ſubditis ad meritū obediētie ſalutaris in virtute ſp̄ūs ſcī: q̄ten⁹ omni
appellatione poſtpoſita: quā nullo modo facere liceat: in oībus ꝛ p oīa
firmiſſime pareāt ꝛ obediāt eidē vicario toto tp̄e ſui vicariat⁹ tanq̄ pſo
ne ipi⁹ miniſtri generalis: ꝛ nllo colore vel cauſa q̄ſitis poſſint ipi frēs
ſub pena excōmunicatiōis ꝛ carceris ac ꝑuationis officioꝝ ꝛ omnium
actuū legitimoꝝ late ſentētie ad ſubterfugiendā correptionē examinan
tis ꝛ reformātis ꝛ prefati vicarij ſeu vicarioꝝ illis ſubditoꝝ obediētiā
ad ꝯuent⁹ domos ꝛ heremitoria ſeu loca alia quecūq3 illi⁹ cure nō com
miſſe aufugere, neq3 ſi illā fugerint vel deinceps ſi aufugere cōtingeret:
miniſtri ꝛ cuſtodes: guardiani ſiue quicūq3 alij fratres eidē vicario p̄fa
to nō ſubditi cuiuſcūq3 cōditionis gradus dignitatis exiſterent ſub pe
na ꝑuationis officij excōmunicationiſq3 late ſentētie ꝛ ꝑuatiōis omniū
actuū legitimoꝝ ſtudeāt illos recipe aut forte receptos vel in poſterū
recipiendos retinere cōtra eiuſde3 vicarij velle vel vicarioꝝ illi ſubdito
rum. Et ſiqd aliud facultatis ꝛ auctoritatis in dictis lr̄is cōtinet q̄ꝝ te
norē volum⁹ haberi p ſufficiēter expreſſo ac ſi de eis de v̄bo ad v̄bum
facta eēt mētio ſpecialis q̄ cōmiſſio aſſumptione: ad dignitatē: ſuſpen
ſione depoſitione vel obitu ipi⁹ generalis cōmittētis nullaten⁹ expiret:
Sed firma auctoritate apoſtolica ad tēpus cōceſſa ꝛ ſtabilis pſeueret.
Quo triduo elapſo ꝛ electo nō confirmato: electus ipe non cōfirmatus
cū plenaria poteſtate hmōi atq3 ꝑceptis vſq3 ad ſucceſſoris electionem
habeatur ſedis ap̄lice auctoritate: infra qd temp⁹ p̄dict⁹ vicari⁹ nō va
leat ſuo renūciare officio ſine ſcitu vicarioꝝ omniū vicariarū ꝛ ꝓuincia
tū diſcretorūq3 aut maioris partis eorūdem poſſit; nihilominus p̄dict⁹
vicarius cōuocare oēs vicarios illi ſubiectos diſcretoſq3 infra tēp⁹ ſui
officij in loco p ipm deputādo quotiēs ſibi opus viſum fuerit. Et ſi tp̄e
electōis p̄fati vicarij vacaret gn̄alat⁹ officiū aut gn̄alis excōicat⁹ eēt vl
ſuſpēſus. electū ipm vicariū cū premiſſa ptāte ꝯfirmatū cēſeri ꝛ eē volu
mus ꝛ ordinam⁹. Interim v̄o dū fuerit cōfirmat⁹: is q p̄dicti vicariat⁹
officiū exercuit an̄ electionē exerceat officiu3 vicarij gn̄alis: ꝛ p̄miſſa q̄
circa cōuocationē: cōgregationē: ordinationē: diſpoſitionē: executionē:
electionē: p̄ſentationē ꝛ cōfirmationē ꝛ cōmiſſionis ſtabilitatē p prefa
tos dilectos filios generalē miniſtrū ꝛ eius p̄fatū vicarium ꝛ certos vt
premittitur fieri volum⁹: ita q inferiores miniſtros ꝛ coꝝ vicarios pro
uinciales huiuſmodi ꝛ qui adeſſe habēt eſſe ꝛ debere fieri in ſuis prouin
cijs ꝛ vicarijs ſingulis annis ſtatuimus ꝛ ordinamus: vicaria borne:
ꝓpter illius amplitudinē excepta. Si vero generalis vicarius infra ſui
officij tempus ex hac luce migrauerit ſeu alias ab officio motus fuerit:
vicarius in cuius prouincia mori vel amoueri contigerit nunciet q̄ ci
tius poterit alijs vicarijs vltra montanis: ꝛ de conſilio atq3 conſen
ſu duorum proximorum vicariorum terminet locū ꝛ tempus: niſi fuiſ
ſent per vicarium ante ipſius obitum vel amotionem deputata: ꝛ con
uocet qui fuerint euocandi pro ſucceſſoris vicarij electione celebranda.
Quo vacationis tempore auctoritate apoſtolice ſedis exerceat offi
cium vicariatus huiuſmodi: vicarius ipſe in cuius prouincia obijt vel

am:not⁹ fuit prelatus vicarius generalis cū plena poteſtate premiſſa. hoc idē itelligi voluim⁹ de vicarijs vicariaꝝ ſeu ꝓuinciaꝝ cuꝫ eos mori vel amoueri ↄtigerit: prouincias ſeu vicarias regi ⁊ gubernari per guardianum in cui⁹ guardianatu talia euenerūt: ſalua ſemꝑ ⁊ reſeruata predicti vicarij generalis vt premittit̄ poteſtate. generalis vero aut quiſꝗ miniſtroꝝ vel cuſtodū ſeu fratrū dicti ordinis predicto vicario generali ſeu ceteris vicarijs vel cuipiam fratri eiuſdē familie de obſeruātia nūcupate moleſtiā ſeu impedimentū aliquod inferre nō audeat nec preſumat ſub pena excōmunicationis late ſentētie priuationis officij omniūqꝫ actuū legittimorū: vt in predictis litteris cōtinetur: niſi ꝙ prefatus miniſter generalis per ſe duntaxat ꝑſonaliter viſitare ⁊ corrigere poſſit ⁊ valeat predictū vicariū generalē: fratrē ſeu fratres. conuentū. domū. locum ⁊ heremitoriū eiuſdē familie pie: benigne ⁊ charitatiue, ad meliorem frugē prouocādo. Et ſi quem ꝗꝫ quod abſit repererit criminoſum: ipſum vicariū de conſilio ⁊ aſſenſu maioris partis vicarioꝝ ꝓmiſſorum: ceteros vero de cōſilio ⁊ aſſenſu maioris ⁊ ſanioris partis fratrum domus heremitorij loci vel conuētus viſitatoꝝ in eodem loco ⁊ non extra corrigere valeat ⁊ punire penitentiare ⁊ emendare ſecundū quod delicti qualitas exegerit faciendū. De regimine vero ⁊ cura predictorū de obſeruantia nuncupatorū ſe aliter nō intromittat. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginaꝫ nſorum ſtatuti. decreti. ordinationis ⁊ voluntatis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei ac beatorū petri ⁊ pauli apl'orū eius ſe nouerit incurſurum. Datū rome apud ſanctū petrū anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo ꝗdrageſimo ſexto. Decimo kl'ns auguſti pōtificat⁹ nſi anno ſexto.

CUNCTE felicis itē recordationis Nicolaus papa quint⁹ predeceſſor noſter aliquot diſcordijs ⁊ cōtentionib⁹ inter vos exortis ⁊ diu agitatis: poſtꝗ̄ vtroſqꝫ tā ipſe ꝗ̄ per cōmiſſarios ſuos nōnullos cardinales alioſqꝫ prelatos ſepenumero ſicut accepimus diligēter audiuit, determinationi ⁊ ordinationi ſupradicte ſui ⁊ nſi predeceſſoris Eugenij acquieſcēs nihil omnino innouauit. Poſtea felicis recordationis calixtus papa tertius predeceſſor noſter, cū dicto nicolao quinto ſucceſſiſſet ⁊ cōtentiones varie inter vos cōuentuales ⁊ obſeruātes ſuſcitate eſſent tūc lrās ipſe etiā dedit infraſcripti tenoris. CALIXTUS epūs ſeruus ſeruoꝝ dei: ad perpetuā rei memoriā. Conditor orbis qui gregem dñicum de laqueo ſeruitutis eripuit: inter alia q̄ huius gregis opera afferūt fructuoſa: vices ſuas nobis licet immeritis in terris committere dignatus ē: vt circa quorūcūqꝫ religioſorū ordines preſertim eorum qui ſub vita laudabili ac obſeruātia regulareꝫ vitam ſibi eligūt tā peruigilē noſtre cōſiderationis intuitum dirigimus ꝑ quē religioſi ipſi ⁊ quicūqꝫ eorūdem ordinū ꝓfeſſores ſublatis quibuſuis turbationum materijs ne cōtagione ꝑ pētina occaſio heſitādi in eis ꝑ ampli⁹ cōualeſcat ſub votiua pacis ⁊ qetis māſuetudine ſedulo deuotiorē altiſſimo impēdere valeāt famulatū: ⁊ ijs q̄ ꝓpterea nſaꝝ litteraꝝ obtētu ꝑ

Calixtus. 3⁹.

pacis ⁊ q̄etis hm̄oı̄ augmēto ⁊ virtutū incremēto mltiplici ꝓuide acta
ſūt vt firma ⁊ illibata pſiſtāt: aplici muniminis adiciunus firmitatem.
Nos ſiquidē cupiētes dilectos filios vniuerſos ordinis fratrū minorū
ꝓfeſſores de obſeruātia nūcupatos neglecto calamitatis ⁊ deſolatōis
itinere ad tranq̄llū pacis ⁊ quietis augmētū reducere: lr̄as ꝯceſſimus
tenoris ſubſeq̄ntis. CALIXTUS epūs ſuus ſeruoꝝ dei: Ad ꝑ
petuā rei memoriā. Illi⁹ cuius in pace fact⁹ ē locus vices quāq̄ꝫ imme
riti gerētes i terris: circa ꝓfeſſores regulariū ordinū quorūlibꝫ vt ſemo
tis cōtentionū ⁊ diſcordiaꝝ vepꝛib⁹ in amenitate q̄etis ⁊ pacis illius
famulentur auctori nr̄e vigilātie ſtudiū ꝓpenſius adhibem⁹. Sed id nı̄
mirū i ſacra religione fratrū minoꝝ: q feruore charitatis igniti eoꝝ dul
ci eloquio fructū i agro militātis eccl'ie afferāt ſalutarē: eo ſtudioſius
agere ſatagim⁹: quo ipi veluti q̄dā ſalutaris eruditionis exēplaria ce-
teris fidelib⁹ eē debēt: q̄ꝝ diſcordie ſi diuti⁹ ꝑdurarēt: vergere poſſent
in eoꝝ ꝑnitiē ⁊ ꝑnitioſū exēplū ac ſcādalū plurimoꝝ. Sane cū olim nō
nulli romani pōtifices p̄deceſſores nr̄i circa q̄etē ⁊ trāq̄llū regimē dile-
ctoꝝ filioꝝ ꝓfeſſoꝝ eiuſdē ordinis pie ⁊ ſancte ac multifarie laboraſſēt
ordināntes aliq̄ circa regulā p beatū frāciſcū traditā ꝓut ipis expedire
videbat: tādē felicis recordatiōis eugeni⁹ papa q̄rt⁹ p̄deceſſor nr̄ q̄ſdā
tūc inter eos q de obſeruātia nūcupāt ⁊ alios frēs eiuſdē ordinis ꝓfeſ-
ſores vētētes differētias ſedare ⁊ amputare: ac eis in poſterū bn̄ viuēdi
normā tradidiſſe rat⁹ nōnulla circa regimē ⁊ gubernationē ⁊ alia eoſ-
dē frēs de obſeruātia nūcupatos ꝯtingētia ordinauit: ſtatuit ⁊ cōceſſit
ꝓut in diuerſis ipi⁹ lr̄is deſup cōfectis pleni⁹ ꝯtinet. Veꝝ vn̄ p̄fat⁹ p̄-
deceſſor pacē dediſſe credidit: emulo hūani generis ſupſeminante zizani
am: erupꝛūt ꝯtētiones ⁊ odia: ac diſſenſiōes ⁊ ſciſmata emerſerūt: q̄ i
eoꝝ exacerbata mentib⁹ vſq̄ꝫ ad nr̄a tēpora ꝓcati⁹ ꝑdurarūt. Ex quo
nos cupiētes illa (ne p̄fate religiōi diuti⁹ inueterata qd̄ abſit naufragiū
deſolatiōis pariāt infirmoꝝ) nr̄e ꝓuiſiōis auſpicijs ꝑpetuo terminari,
digeſta ſup his cū venerabilib⁹ nr̄is fratrib⁹ ſancte romane eccl'ie car-
dinalib⁹ deliberatiōe p̄habita: de ipoꝝ fratrū nr̄oꝝ cōſilio pariter ⁊ aſ
ſenſu ad laudē oipotētis dei ⁊ honorē btī frāciſci ad quē ſingularē de-
uotionē gerim⁹: necnō ꝑpetuā dicte religiōis q̄etē ⁊ pacē: nōnulla ſalu
bria ⁊ deo vt ſperam⁹ accepta ſtatuta ⁊ ordinatiōes edidim⁹ p eoſdē fra
tres ⁊ eoꝝ p̄latos ꝑpetuis futuris tpib⁹ auctore dn̄o inuiolabiliter obſer
uāda. Auctate igit̄ aplica ⁊ ex certa ſcia tenore p̄ntiū ſtatuim⁹ ⁊ ordia
m⁹ q̄ oēs ⁊ ſingl'i frēs dicti ordis p̄ntes ⁊ futuri q̄cūq̄ꝫ noīe vocēt ⁊ cē
ſeāt: ipiq̄ꝫ miniſtri cuſtodes ⁊ vicarij ⁊ alij q̄cūq̄ꝫ: generali miniſtro dicti
ordinis ꝓ tpe exiſtēti iuxta ꝯtinētiā p̄fate regule obedire teneāt: necnō
q̄ oēs ⁊ ſinguli cuſtodes vl' vicarij fratrū p̄dictoꝝ de obſuātia nūcupa
toꝝ q̄rūcūq̄ꝫ ꝓuinciaꝝ eoꝝq̄ꝫ diſcreti ad capl'm generale iuxta morē di
cti ordinis teneāt accedere in quo poſtq̄ꝫ vicari⁹ vicarioꝝ vel cuſtodū eo
rū officio vicariat⁹ hm̄oı̄ ceſſerit vt eſt moris ijdem cuſtodes aut vicarij
⁊ diſcreti p̄ſidēte dilecto filio generali miniſtro ꝓ tpe exiſtente aut aliq̄
ab eo deputato ſi ibidē intereſſe noluerit: q aſſūptis duob⁹ ſcrutatorib⁹

ex numero vocalium aliorum vota ſcrutentur vt moris eſt: ⁊ tres ex eiſ
dem fratribus de obſeruantia nuncupatis nominent: ⁊ prefatus ge-
neralis miniſter vnum ex dictis tribus ſic nominatis in vicarium cu-
ſtodum vel vicariorum eorundem fratrum de obſeruantia nuncupa-
torum inſtituat: ⁊ is quem ex prefatis tribus generalis prefatus inſti-
tuerit vel confirmauerit hmōi inſtitutioni vel ꝯfirmationi cōſentire tene
atur, nec poſſit ſine rōnabili cauſa vel iuſto impedimēto renūciare. ⁊ ſi
forte aliqua cōtrouerſia circa noīationē inſtitutionē vel cōfirmationem
hmōi oriretur: noiet in eodē caplo vnus alꝰ ab eiſdē fratribus ꝺ obſer
uātia dictis: qui preſit ⁊ faciat ea q̄ incūbūt quouſqꝫ controuerſia hmōi
ſopiatur queādmodū de miniſtris obſeruat. Prefatꝰ vͦo inſtitutꝰ poſt
q̄ꝫ acceptauerit: generalis p̄fatus cōmittat illi plenarie vices ſuas: ⁊ ni
hilominꝰ eandē auctoritatē ⁊ ptātem in frēs de obſeruātia nūcupates
habeat quā dictus generalis habet. In qua quidē electiōe noiatiōe ſeu
cōfirmatiōe celebranda ſi vocales deficerēt ad noiationē p̄dictoꝝ triū:
ſupleātur ex p̄dictis fratribus de obſeruantia nuncupatis. Ordinantes
etiam ꝙ cuſtodes ⁊ vicarij p̄dicti de obſeruātia nominati in eodē gene
rali capitulo ad electionē miniſtri generalis vocē actiuā tantū habeāt
ſicqꝫ dño largiēte ꝓ trāquillo ipſius famulatu ordinamꝰ ⁊ ꝓuidemus, q
ſcdm deum talem eligere ſtudeāt: quem ad pacē ⁊ vnitatē dicti ordinis
cōſeruādā fore crediderint aptiorē. Et inſup qui miniſtri ꝓuinciales per
ſeipſos vel eis legitima cauſa impeditis ab ipſis deputati electioni vica
riorum ſeu cuſtodū prouincialium eorum qui de obſeruantia nuncupā
tur intereſſe poſſint: qui vna cum duobus ſcrutatoribus ex numero vo-
calium ab eis eligendis aliorum vota ſcrutētur ⁊ qui a maiori parte fue-
rit noiatus ⁊ electus: vicarius ſeu cuſtos per eoſdem prouinciales mini
ſtros in ſingulis prouincijs confirmetur. ⁊ nihilominus ſic pro tali ha-
beatur. Et ſi aliqua diſceptatio vel controuerſia suboriretur interī vnꝰ
eligatur ab eiſdem in ipſo capitulo qui preſit ⁊ alia faciat que incūbunt
queādmodū de miniſtris obſeruatur ⁊ de alijs ſe nullatenus intromit-
tat. Guardiani vͦo in cōgregatiōibus inſtituti: legant in tabula ꝓuincia
lium capitulorum. ſimiliter aūt predicatores ⁊ cōfeſſores in congrega-
tionibus prouincialibus nuper electi: in eiſdem prouincialibus capitu
lis confirmentur. Ordinamus preterea ꝙ prefatus generalis miniſter
per ſeipm dūtaxat prefatum vicarium vel cuſtodem vicariorum de ob-
ſeruantia nuncupatorum viſitare. Et ſi eius demerita id exegerint; pu-
nire ac pro notorio ⁊ pro quo ad depoſitionem legitime procedendum
eſſet crimine: ab eodem officio deponere poſſit ⁊ valeat. de conſilio ta-
men ⁊ conſenſu ſaltem quinqꝫ vel ſex ex vicarijs vel cuſtodibus antedi-
ctis: ꝙ ſi forte contigerit aliquem ex fratribus de obſeruantia nomina-
tis huiuſmodi prefato generali miniſtro pro crimine deferri vel accuſa
ri: tunc ⁊ eo caſu generalis predictus per ſeipſum aut eiuſdem prouin-
cie in quo accuſatus reſideat: ſeu etiam vicarium vicariorum vel cuſto
dum ſeu quemuis alium fratrem de obſeruantia in eadē prouincia cō
tinue reſidentem viſitare aut conuictum ſeu confeſſū in aliquo loco fra

trūm de obſeruantia huiuſmodi vbi conuictus ſeu confeſſus fuerit aūt
in quo deliquerit corrigere ⁊ punire. ⁊ idem obſeruetur quo ad omnem
locum fratrum de obſeruantia predictorū. Ceterum volumus ꝙ nul-
lus fratrum de obſeruantia huiuſmodi de loco ſuo ammoueaẗ. Sed
in eo potius ad famulandum altiſſimo quieta mente foueatur: pro-
ut in conſtitutione felicis recordationis Martini pape quinti prede-
ceſſoris noſtri plenius dicitur contineri: quodq; nullus fratrum conuen
tualium nuncupatorum abſq; licencia dicti generalis ſeu prouincia-
lium miniſtrorum ſaltem petita ad loca fratrum de obſeruantia ⁊ econ
uerſo nullus eorum qui de obſeruantia nuncupantur: etiam legitima
cauſa ſubſiſtentem: ad loca ſeu conuentus aliorum fratrum conuen-
tualium predictorum ſine ſpeciali eorumdem vicarij cuſtodum ſeu pro
uincialium vicariorum petita ⁊ obtenta licencia: excepto euidenti ſue
ſalutis periculo: poſſint accedere: prout in conſtitutione prefati Marti-
ni pape dicitur contineri: ſub pena priuationis officiorum que obti-
nent ⁊ inhabilitatis ad quoſcumq; actus legitimos exercendos. Et vt
eiſdem fratribus de obſeruantia delinquendi ⁊ vagandi tollatur occa-
ſio: volumus ꝙ ſiquis prelatorum aut fratrum tam conuentualium
ꝗ̄ de obſeruantia nuncupatorum aliquem fratrem fugitiuum recepe-
rit ab officio cui preeſt ſuſpenſus ⁊ ad actus legitimos exercendos in-
habilis fiat eo ipſo. Addijcientes ꝙ ipſe fugitiuus a ſuo prelato vbi-
cunq; repeti ac pro crimine leuitate aut alia ſue fuge cauſa corrigi ⁊ pu
niri poſſit. Qui ſi poſtq̄ correctus ⁊ punitus fuerit recedere voluerit: pe-
tere debeat licenciam prout ſuperius enarratur. nec de cetero a quouis
fratrum de obſeruantia repeti poſſit. niſi forte conſtiterit eum ad frugē
melioris vite redire voluiſſe. Siquis autem prelatorum aut fratrum
predictorum ſuper reſtitutione fugitiuorum huiuſmodi requiſitus il-
lam facere noluerit: ſuſpenſionis ⁊ inhabilitatis predicte ſententiam
incidat eo ipſo. Quos fugitiuos dictus generalis miniſter libris et
alijs rebus ſuo vſui conceſſis etiam propter hoc priuari debeat. Vo-
lentes inſuper ꝙ generalis miniſter ⁊ vicarius vicariorum vel cuſto-
dum predictorum attente caueant ꝙ nulli fratrum conuentualium vel
de obſeruantia nuncupatorum diſcurrendi vel vagandi per prouin-
cias licenciam concedat abſq; rationabili cauſa et euidenti neceſſita-
te: ſuper quo eorum conſcientias oneramus: etiam ſub aliquarum
indulgentiarum ſpecie vel pretextu. Quod ſi littere conceſſionum hu
iuſmodi alias ꝗ̄ pro cauſa et neceſſitate ſimilibus reperirentur: ille nul
lius ſint roboris vel momenti. Ac etiam pro euitandis ſcandalis pre-
fatus generalis miniſter abſolutionem eorum qui votum caſtita-
tis tranſgreſſi ſunt et in poſterum tranſgredientur ſi ad eum pro ab-
ſolutione acceſſerint: per ſe ipſum impendere poſſit: et nihilominus
pro eodem delicto vel crimine eos ad vicarios vel cuſtodes prouin-
ciales duntaxat eoſdem remittere teneatur ⁊ debeat: qui illam per ſe
exerceāt: nec ea cōmittere poſſint niſi guardianꝰ locorū delinq̄ntiū eorū
dem: qui pro modo culpe iniungant ſatiſfactionē ⁊ penitentiam ſaluta

re vt omnibus qualitatibus ⁊ circunſtantijs diligēter penſatis: melius
deo animas lucrifacere poſſint. Vicarij vel cuſtodes prouinciales fra-
tres de obſeruantia predictos in eorum prouincijs conſtitutos de loco
ad locū transferre poſſint prout viderint expedire. Et ſi cui forte fratruꝫ
eroūdem conceſſum foret ne de aliquo loco remoueri poſſet: tunc vicari
us ipſe cām ob quā remotionē facere vellet indicare debeat concedenti
Ceterum ſi vicarium vicarioꝝ vel cuſtodum citra ⁊ vltramōtanoꝝ in-
fra tēpus ſui officij in expleti a reb⁹ humanis decedere contigerit: vicari
us vel cuſtos ꝓuincialis in cuius ꝓuincia deceſſerit: gerat loco eius cō
miſſariatus officium vſqꝫ ad capitulū generale, vel illius ſucceſſoris ele
ctionē: ſicut de miniſtro obſeruatur. Vicarius aūt vicarioꝝ vel cuſto-
dum officiū ſuum gerat vſqꝫ ad capitulū generale: in quo eidē officio li
bere cedere teneatur: ⁊ ex tunc alterius vicarij hmōdi ꝓuiſio fiat prout
uperius dictū eſt: ⁊ ſic ſucceſſiue obſeruet̄: nec ipe cedens pro ipſa vice
noīari vel iſtitui aut prefici poſſit ſeu valeat quoq̄modo. Et qm̄ vt etiā
accepim⁹ ꝓpter queſtas q̄ nōnūq̄ a vagātib⁹ fratribus vbiqꝫ fiunt q̄
plurima ſcādala in eodē ordine ſepenumero oriūtur: oibus ⁊ ſingulis
tā cōuentualibus q̄ de obſeruātia fratribus p̄dictis ſub excōicationis
pena diſtrictius inhibemus: ne ipi de obſeruātia ſub noie cōuentualiū
ire: ne ve cōuentuales ſub noie aut pretextu de obſeruātia fratrū aut lo
coꝝ queſtuare quoquomodo preſumāt. Mandātes coꝝ ſupioribus vt
eos qui cōtra inhibitionē noſtrā hmōi fecerint: carceribus vſqꝫ ad cōdi
gnā pniaꝫ mācipēt ⁊ obſuēt: q q̄ſtuātes nihilomin⁹ ad oēs act⁹ legiti
mos inhabiles ꝓpterea cenſeātur ac eipo etiā excōicationis ſniam in
curriſſe declarari: ⁊ ꝓ excōicatis publice nūciari poſſint: a qua quidem
ſnia cōuētuales a generali miniſtro: De obſeruācia vero frēs p̄dicti a
vicarioꝝ vicario dūtaxat ⁊ nō ab alijs: p̄terq̄ in mortis articulo ꝯſtitu
ti: poſſint abſolui, q etiā ab ipoꝝ p̄latis reb⁹ q̄ſitis hmōi ꝓtin⁹ priuent̄
Statuim⁹ etiā ⁊ ordinam⁹ q᷒ oēs ⁊ ſinguli frēs tā ꝯuētuales q̄ de ob
ſeruātia nūcupati: ad ciuitates terras ſiue caſtra in qb⁹ ꝯuēt⁹ dicti ordi
nis fuerint ꝓ tpe accedētes: teneāt̄ ⁊ debeāt ſaltē ſpoſt vnā diē natura-
lē ſe (cōuētuales videlꝫ cōuētualiū. Et de obſeruātia frēs p̄dicti: eorū
dē de obſuātia) locoꝝ p̄latꝫ p̄ntare: i q̄ qdē ciuitate vel t̄ra ſi vn⁹ dūta
xat ꝯuēt⁹ fuerit: ad ipi⁹ vnius p̄latū debeāt ſe cōferre illius mandatis
humiliter parituri. nos tamen ipſis ſub excōis ac ſimilis inhabilitatis
pena mandamus a qua ſi incurrerint: poſſint p eorū ſuperiores abſol
ui: ne in eiſdem ciuitatib⁹ ſeu terris ſine prelatoꝝ ſuorum licēcia diuti⁹
pmanere preſumāt. Quod ſi ſecus egerint: prelati predicti eos capere
punire. ac rebus ad coꝝ vſū cōceſſis ⁊ preſertim apud eos repertis li-
bere priuare valeant: niſi a ſuperioribus eorū aliud habuerint in man-
datis. ¶ Poſtremo cum vicaria auſtri per plures ꝓuincias iuxta morē
dicti ordinis extendatur: ne a quo miniſtro prouinciali vicarius vel cu
ſtos prouincie confirmari debeat heſitari poſſit: volumus vt ille ꝓuin
cialis miniſter congregationi fratrū de obſeruātia predictoꝝ in eadē
ꝓuincia vel vicaria intereſſe ⁊ vicarium huiuſmodi vel cuſtodē confir-

mare poſſit ⁊ debeat: in cuiꝰ ꝓuincia congregatio ipſa fuerit celebrata.
Quo circa p̄fatis gnāli miniſtro ⁊ alijs miniſtris: cuſtodibꝰ vel vicarijs
qbuſcūqꝫ p̄dictis ceteriſqꝫ fratribꝰ ⁊ pſonis dicti ordis pn̄tibꝰ ⁊ futurꝫ
in virtute ſancte obediētie ad quā ex voto tenētur ac ꝑ ſpē ſalutis eter-
ne diſtricte p̄cipiēdo mādamꝰ: qtenꝰ circa obedientiā: electiones: noīa
tiones: inſtitutiones ⁊ ꝯfirmatiōes ⁊ alia ſupius expreſſa ordinatiōes:
ſtatuta: mādata ⁊ inhibitiones nr̄a hmōi ſtudeāt inuiolabiliter obſerua
re. premium exinde ab eo qui auctor eſt cōcordie ⁊ pacis vberrimū rece
pturi regularibus inſtitutis dicti ordinis nihilominꝰ quo ad reliqua in
ſuo robore permanētibus. Non obſtātibus cōſtitutionibus ⁊ ordina-
tionibus apoſtolicis ac eugenij p̄fati ⁊ alioꝝ q̄rūcūqꝫ predeceſſoꝝ nr̄o
rum romanoꝝ pontificū ordinationibꝰ: ſtatutis: priuilegijs et litteris
quorūcunqꝫ tenoꝝ exiſtant: q̄ ſi ⁊ in quantū preſentibus obuiēt haberi
volumꝰ ꝓ infectis: necnō ſtatutis ⁊ cōſuetudinibꝰ ordinis ⁊ ꝓuinciaꝝ
p̄dictoꝝ iuramēto: cōfirmatione apl̄ica vel quauis firmitate alia robo-
ratis: ceteriſqꝫ cōtrarijs qbuſcūqꝫ. Volumꝰ aūt q̄ trāſſumpto p̄ntium
litteraꝝ manu publica ac dilecti filij nr̄i dn̄ici tituli ſcē crucis in hierl̄m
preſbyteri cardinalis maioris penitētiarij nr̄i ac dicti ordinis ꝓtecto-
ris ſigillo munito: plena fides adhibeat in omnibꝰ ⁊ ꝑ oīa: ac ſi origi-
nales ipē littere exhibite eſſent vel oſtēſe. Nos enī ex nūc irritū decer-
nimꝰ ⁊ inane: ſi ſecus ſuꝑ his aquoqꝫ q̄uis auctoritate ſciēter vel igno
rāter contigerit attētari. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā
nr̄oꝝ ſtatuti: ordinationis: ꝓuiſionis: inhibitionis: mādati p̄cepti: con-
ſtitutionis ac volūtatis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Siqs
autem hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ac bea
torum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum ro-
me apud ſanctū petrum Anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadrin
genteſimo quinquageſimo quinto quarto nonas februarij pōtificatus
noſtri Anno primo. NOS IGITUR Ut huiuſmodi noſtre pre
inſerte littere omniaqꝫ ⁊ ſingula in eis cōtenta que pro ſalubri ordinis
⁊ profeſſorum eorūdem regimine feliciter dirigendo peracta ſunt: ro-
boris obtineant firmitatem: ne de eorum viribus a quoqꝫ in poſterum
heſitaretur: ſed perpetuo ⁊ inuiolabiliter obſeruētur litteras ⁊ in eis
contenta omnia ⁊ ſingula huiuſmodi ac ſecuta ⁊ ſecutura ex eis cū om
nibus ⁊ ſingulis capitulis ac in illis contētis clauſulis penaꝝ adiectio
nibus ſentētiaꝝ fulminationibꝰ ⁊ irritātibus decretis prout ſupraſcri
ptis ꝓhibent: auctoritate apl̄ica ⁊ ex certa ſciētia approbamus ⁊ con-
firmamus: ac preſentis ſcripti patrocinio cōmunimꝰ supplētes oēs ⁊
ſingulos defectꝰ quantūcunqꝫ ſubſtātiales ſiqui forſan interuenerint in
eiſdē. Et nihilominus ne aliqui formidine ꝑpetue infelicitatis miſerri-
me ipſi excecati: ſuarum mentium diſturbia inquirētes conceptis per
eos ſiniſtris euentibus: litteras pretextas oīa ⁊ ſingula contēta in il-
lis ac ſecuta ⁊ ſecutura ex eis huiuſmodi etiā ꝓ aliqua ipaꝝ parte que-
ritent quoquomodo moderari auctoritate ⁊ ſcientia ſimilibꝰ omnia ⁊
ſingula priuilegia cōceſſiones ⁊ indulta q̄cunqꝫ cū inde ſecutis ⁊ ſecu-

turis per nos aut ſedeꝫ apoſtolicã ad quãcunqꝫ perſonarũ aut quorum
uis pfeſſorum eiuſdem ordinis ⁊ puinciarum quarũlibet inſtantia ſiue
ſupplicatione etiam motu pprio ex certa ſcientia hactenus conceſſa ⁊
in antea concedẽda etiam ſi perſone ipſe regali ducali militari aut qua
uis eccleſiaſtica vel mundana pfulgeãt dignitate cum quibuſuis dero-
gatoriarũ derogatorijs clauſulis etiã de pinſertis ⁊ pſentib⁹ nrĩs lrĩs
ſiue earũ totali effectu expreſſam mentionẽ facĩetibus etiã ſi indultis ⁊
cõceſſionibus huiuſmodi caueatur expreſſe ꝙ illis niſi de coꝝ totis te-
noribus. De verbo ad verbũ ſpecialis ⁊ ſpecifica ac indiuidua mentio
pñtibus fieret derogari nõ poſſit: ſi ⁊ inquãtũ per ea preteritis ⁊ pñtib⁹
noſtris litteris aliquod piudiciũ quoquomodo generetur dũmodo pri
uilegia conceſſiones ⁊ indulta ipa noſtrũ laudabile ppoſitũ qd nup cir
ca ſanctã cruciatã per nos cõtra ſpurciſſimos macomete ſecte cultores
nephãdiſſimos xpi nois inimicos initam firmiter oſtẽdimus cõcernãt
eis oĩbus ⁊ ſingulis ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus et derogatũ eſſe
volum⁹ eaqꝫ ipa cõceſſa ⁊ cõcedenda priuilegia ⁊ indulta ſi que in ſup
plicationũ aut bullarũ aplicaruꝫ ſiue noſtre camere apoſtolice regiſtris
⁊ alias vbilibet regiſtrata reperiãt abinde auctoritate ⁊ ſcientia predi-
ctis caſſamus irritamus ac de medio tollimus eaqꝫ cum inde ſecutis ⁊
ſecuturis pro infectis haberi volum⁹ etiã pinde ac ſi quoad hoc vt ſu-
pradictis noſtris litteris quoqmodo obuiet a nobis vel dicta ſede nul
latenus emanaſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam noſtre approbationis: confirmationis commonitiõis: ſuppletiõis
derogationis: caſſationis: irritationis ⁊ volũtatis infringere vel ei au-
ſu temerario contraire. Siquis autẽ hoc attemptare preſumpſerit: in-
dignationẽ omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius
ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctũ petrum Anno incar-
nationis dñice milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo ſexto octa
uo kl's Maij pontificat⁹ noſtri anno ſecũdo. QUE QUIDEM
littere Calixto ipſo anteceſſore noſtro qui eas conceſſit viuente minime
obſeruate fuerunt. Imo bis: primo in capitulo mediolanenſi. Secundo
i caplo romano vbi preſens generalis fuit elect⁹ contra eãdẽ tenorẽ
proceſſum extitit quo ad voces actiuas obſeruãtibus conceſſas ipo an-
teceſſore noſtro tacente ac ſuas litteras non defendẽte. vnde nobis pau
lo poſt veſtrum in alma vrbe capitulum celebratum ad ſummi pontifi-
catus apicem aſſumptis vtraqꝫ pars veſtrum a nobis cum inſtantia ⁊
humilitate conuentuales vt libertas ⁊ vnitas ordinis ſeruetur contra
que duo vt dicebãt bulle predicte faciebant. obſeruantes vero vt ſciant
ſub qua forma viuant cum bulle Eugenij in aliquibus per bullas ca-
lixti modificate ⁊ alterate eſſent. Bulle vero Calixti non haberent ob-
ſeruantiam poſtularunt adeo vt huiuſmodi ſupplicationibus ⁊ petiti
onibus pro noſtro paſtoralis officij debito duxerimus opportune pro
viribus prouidendum. Ea igitur re aliquando cum nõnullis venerabi
libus nrĩs ſancte romane eccleſie cardinalibus cõmunicata venerabili
Beſſarioni fratri noſtro epiſcopo tuſculanẽſi necnon ordinis ipſi⁹ prote

ctori Et dilectis filijs nr̄is guillermo tituli ſancti martini in mōtibꝰ ro-
thomagēſi: ac alano tituli ſancte praxedis auinionēſi: necnō nicolao ti-
tuli ſancti petri ad vincula preſbyteris cardinalibꝰ. Et venerabilibꝰ fra
tribus nr̄is angelo fratino ⁊ ioāni barchinonēſi epīs cōmiſimus ⁊ de-
dimus in mandatis vt partibꝰ diligēter auditis ac vtriſq; rationibus
iuribus ⁊ allegationibꝰ intellectis: nobis referre curarēt. a quibꝰ omni
bus relatione aliquādo nobis attentiſſime audientibꝰ facta ⁊ partibus
deinde vocatis a nobis p̄ſentibuſq; cōmiſſarijs ante dictis diligenter
auditis ⁊ examinatis: vidimꝰ atq; intelligimus res ipſas veſtri ordinis
eius fore conditionis ⁊ nature. vt neq; breui tempore neq; leui faciliq;
tractatu ſatis dirigi ⁊ componi valeāt. Et magnis nuper omniūq; ma
ximis occupationibꝰ detineri cepimus. q̄ noſtrā ⁊ nr̄oꝝ omniū operā
expoſcūt: ita vt cū omnibꝰ chriſtiani orbis imꝑatore: regibus: prelatis:
principibus ⁊ ppl̄is conueniēdi: vt rem chriſtianam a turcoꝝ alioꝝūq;
barbaroꝝ inuaſionibꝰ periclitantem adiuuāte exercituū dn̄o ꝓtegamꝰ.
Quare veſtrā vtriuſq; partis deuotionē in dn̄o exhortamur: vt veſtre
religionis decus ⁊ fundamētum humilitatē amplectentes: ſaluatoris
noſtri exemplo qui ſeipm̄ exinaniuit pro nobis mutuā ſeruātes chari
tatem. alteri alteros ſupportetis ac obſequio in vera humilitate preue
niatis. Et nihilominus nos de venerabiliū fratrum nr̄oꝝ ſancte roma
ne eccleſie cardinaliū conſilio ⁊ aſſenſu ante dictoꝝ ⁊ epiſcopoꝝ volu-
mus: decernimus: declaramꝰ: precipimꝰ ⁊ mandamꝰ ſub penis in litte
ris felicis recordationis Eugenij quarti p̄deceſſoris nr̄i contētis: quas
contrauenientes ipſo facto incurrāt: vobis vtriuſq; partis fratres ordi-
nis beati franciſci ⁊ a vobis quomodolibet dependētibꝰ: oīa inter vos
viciſſim facere ⁊ ſeruare quo ad oēs clauſulas earūdem q̄ in predictis
Eugenij quarti predeceſſoris noſtri litteris cōtinētur: quouſq; per nos
dante dn̄o aut per ſedē ap̄licam vocatis vtriſq; qui ſunt vocandi: vni
uerſali totiꝰ ordinis bono aliter ꝓuidebitur. Ad pacem vero ⁊ quietē
inter vos interea conſeruandā: volumꝰ ⁊ inhibemus ſub excommunica
tionis late ſentētie pena quā contrauenientes ipō facto incurrāt: ne pars
vna alterius loca conuentꝰ vel monialiū monaſteria quouis q̄ſito colo
re inuadere ⁊ capere audeat vel aliter ꝑturbare: nec eos q huc uſq; ex ob
ſeruātibus ad conuentuales vel ecōuerſo diſceſſerūt: aliquo modo mo
leſtare vel inquietare. Inſuper quia ꝓuincia auſtrie in pluribꝰ prouin-
cijs diffuſa eſt: ab illo miniſtro declaramꝰ vicariū illius ꝓuincie confir-
mandum: in cuiꝰ ꝓuincia congregationē prouincialē p eūdem vicariū
contigerit celebrari: non obſtātibus p̄dicti predeceſſoris nr̄i calixti aut
alijs ap̄licis litteris forſan quomodolibet emanatis quibuſcūq;: quas
tenore preſentiū ſuſpendimꝰ ⁊ quouſq; aliter ꝓuideatur ꝓ nullis habe-
ri volumus ⁊ mandamꝰ ceteriſq; in contrariū facientibꝰ quibuſcunq;.
Ut aūt preſentiū litteraꝝ noticia facilius haberi poſſit: quaꝝ originale
difficile foret ad ſingula loca deferre: decernimꝰ ꝙ ipſaꝝ trāſumptis
manu publici notarij ſubſcriptis ⁊ ſigillo cauſarū camere ap̄lice audi-
toris aut dicti ordinis ꝓtectoris ſeu alicuiꝰ archiepiſcopalis vel epiſco

palis curie munitis: tanq̄ preſciptis nr̄is litteris ſi originaliter exhibe-
rētur littere: plena fides adhibeatur: ⁊ perinde ſtetur ac ſi originales lit
tere exhibite forēt vel oſtēſe. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc
paginā nroꝝ exhortationis precepti declarationis: ſuſpēſionis volun-
tatis mādati ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire.
Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei
⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̄oꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datū rome
apud ſanctum petrū Anno incarnationis dn̄ice Milleſimo quadringē
teſſimo qnq̄geſimo octauo, qnto id⁹ octobris pōtificat⁹ nr̄i anno pmo.

Sixt⁹ qrt⁹ de ptāte fratrum regularis obſeruātie ſuper fratres ⁊ moniales tertie regule.

# Sixtus epūs ſeruus ſeruorum

dei. Dilectis filijs zaneto de vtino generali ⁊ vniuerſis
puīcialib⁹ miniſtris ordinis fratrū minoꝝ p vniuerſuz or
bem cōſtitutis Salutē ⁊ aplīcam benedictionē. Roma
ni pōtificis prouidētia circūſpecta perſonas ſub religionis habitu di-
uinis vacātes beneplacitis ſtudio pie vite benigno fauore pſequitur: ⁊
q̄ pro ipſaꝝ pſonarum ſtatus augmento prouide facta ſunt vt illibata
perſiſtant: apoſtolico cōſueuit munimine roborare. Dudū ſiquidē per
felicis recordationis Innocentiū papā quartū predeceſſorē noſtrum:
accepto ꝙ miniſtri ⁊ fratres tertij ordinis ſancti franciſci d penitētia in
italia ⁊ regno ſicilie conſtituti cupiebāt ad illa deuotiōis augmēta pro
cedere p que felicitatis eterne premiū eis poſſet felicius puenire: idem
predeceſſor eoꝝ miniſtroꝝ ⁊ fratrū ſupplicationib⁹ inclinat⁹. vniuerſis
miniſtris prouincialib⁹ veſtri ordinis fratrū minorū per italiā ⁊ regnū
prefatuz cōſtitutis: ſuis litteris mādauit: vt opportunis temporib⁹ per
eos aut dicti eoꝝ ordinis fratres ad hoc idoneos: miniſtros ⁊ fratres
dicti ordinis tertij in italia ⁊ regno predicto conſiſtentes pro tēpore viſi
tarent: ⁊ eos regularibus diſciplinis inſtruerent corrigerentq̄ ⁊ refor-
marent ibidem tam in capite q̄ in mēbris que correctionis ⁊ reforma-
tionis officio cognoſcerent indigere prout in eiſdem litteris plenius cō
tinetur. Cum aūt ſicut exhibitā nobis nuper pro parte veſtra petitio cō
tinebat vos cupiatis predictas ⁊ quaſcūq̄ alias apoſtolice ſedis lr̄as
vobis aliquā ſuperioritatē: ptātem ⁊ auctoritatē in eoſdem miniſtros
⁊ fratres tertij ordinis de pnīa nuncupatos quomodolibet concedētes
⁊ in illis contenta pro eoꝝ ſubſiſtētia firmiori noſtre approbatiōis mu
nimine roborari: ⁊ ad miniſtros ac fratres dicti ordinis extra italiā con
ſiſtentes extendi: pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum vt
predictas lr̄as innocentij predeceſſoris prefati necnon omnia ⁊ ſingu-
la alia pu̇ilegia vobis in ipſos miniſtros ac fratres dicti tertij ordinis
ptātem ⁊ auctoritatē aliquam quomodolibet cōcedētes approbare ro
burq̄ perpetue firmitatis obtinere debere decernere ac alias vobis ⁊
eorūdem fratruz tertij ordinis pſperioris ac felicioris regimini oppor
tune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur hu-
iuſmodi ſupplicatiōib⁹ inclinati: p̄dictas ⁊ quaſcunq̄ lr̄as alias hmōi
per quas vobis aliqua ſuperioritas preeminētia ⁊ auctoritas in eiuſ-

dem tertij ordinis fratres ⁊ ſorores tribuitur: apłica auctoritate pñtiuʒ
tenore approbamus ⁊ robur ꝑpetue firmitatis obtinere debere decerni
mus. ⁊ ad vos miniſtros generalē ⁊ ꝓuinciales ac vicarios fratrū dicti
ordinis veſtri de obſeruātia nūcupatoꝝ: necnon miniſtros fratres dicti
tertij ordinis etiam extra italiā ⁊ regnū ſicilie huiuſmodi per vniuerſuʒ
orbem conſiſtentes: eadem auctoritate extēdimꝰ: necnō vobis ⁊ ſucceſ
ſoribus veſtris pro tꝑe exiſtētibus: generali ac ꝓuincialibus miniſtris ⁊
vicarijs p̄noiatis de obſeruātia dicti ordinis fratrū minoꝝ ac eoſdē mi
niſtros fratres ⁊ ſorores tertij ordinis vbilibet infra ꝓuincias vobis ⁊
eiſdem ſucceſſoribus veſtris generali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris ⁊ vicarijs
cōmiſſas cōſiſtentes: charitatiue in capite ⁊ mēbris viſitandi ⁊ iuxta re
gularia inſtituta dicti ordinis inſtruendi: reformatiōe ⁊ correctiōe indi-
gentia etiam per ablationē mātelli ⁊ habitꝰ tertij ordinis ſi id qualitas
exceſſus exegerit: corrigēdi ⁊ reformādi. volēteſq; ad ipm tertiū ordinē
⁊ illiꝰ viuēdi modū aggregari: recipiēdi ⁊ hitū ſiue mātellū iuxta morē
dicti ordinis eis exhibēdi: ac ipis miniſtris fratribus ⁊ ſororibꝰ tertij or
dinis: viſitatorē ſiue cōfeſſorē dicti ordinis fratrū minoꝝ conuentualiuʒ
vel de obſeruātia nūcupatoꝝ: ꝓut eis plus placuerit ad id moribus vi
te ſanctimonia ⁊ etate idoneū: qui etiā illis oīa eccleſiaſtica ſacramēta
miniſtrare habeat ꝓ tꝑe in veſtris prouincialibus capłis vel cōgrega-
tiōibus dictoꝝ fratrū de obſeruātia nūcupatoꝝ vel extra ꝓut opportu-
nū videbitur: aſſignādi eadē auctoritate licentiā concedimus ⁊ etiaʒ fa
facultatē. Diſtrictius inhibētes locoꝝ ordinarijs ⁊ alijs quibuſcūq; ꝑ-
ſonis cuiuſuis ſtatus gradus vel cōditionis exiſtant: ⁊ quacūq; auctori
tate fungantur: ne pretextu quarumlibet lr̄arum ⁊ facultatum eiſdem
forſan cōceſſarū ⁊ pro tꝑe ꝯcedendarū: de premiſſis q̄ ad vos expectāt
ſe quomodolibet impedire preſumāt: ac decernētes ex nunc irritū ⁊ ina
ne ſi ſecus ſuper his per quoſcunq; quauis auctoritate ſcienter vel igno
ranter contigerit attentari. Non obſtātibus quibuſcūq; alijs forſan cir
ca premiſſa eis per ſedem apoſtolicam conceſſis facultatibꝰ ac conſtitu
tionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis ante dictoꝝ ordinum; iuramen-
to confirmatione apoſtolica vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis
⁊ conſuetudinibus priuilegijs ⁊ lr̄is apoſtolicis generalibus vel ſpecia
libus quorūcunq; tenorum exiſtant per que preſentibus nō exp̄ſſa vł to
taliter non inſerta veſtre facultatis explicatio huiuſmodi impediri va-
leat quomodolibet vel differri. ⁊ de q̄bus quorūcunq; tenoribus de ver
bo ad verbum pn̄tibus habenda eſſet mentio ſpecialis: quibus omni-
bus quo ad premiſſa illa hic pro expreſſis habitis etiam ſi in eis illa vi
delicet quibus per huiuſmodi generales clauſulas non intelligeret̃ de-
rogatum vel alie clauſule derogatorie. continerentur quo ad premiſſa
ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus ceteriſq; contrarijs quibuſcūq;. Nul
li ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre approbationis cō
ſtitutionis extenſionis voluntatis conceſſionis inhibitionis decreti ⁊ de
rogationis infringere: vel ei auſu temerario contrarie. Siquis autē hoc
attentare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ⁊ beatoruʒ pe

tri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū rome apud ſanctum pe. rum anno incarnationis dñice: Millesimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo decimo octauo kl's Januarij. pontificatus noſtri anno primo.

Paul⁹ ſecundus de concordia inter cōuētuales ⁊ d̄ obſeruantia frēs

Paul⁹ epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſacer ordo fratrum minorum in agro militantis eccleſie tanꝙ rutilans in amictu ſponſe carbunculus aut cādida margarita prefulgeat: indignum ⁊ eius ſanctimonie contrarium reputam⁹ illuʒ diſſenſionē ſentibus implicari: vnde ne inſeſtine diſcordie que per verſutū humani generis hoſtem interdicti ordines ꝓfeſſores iam dudū diſſeminari ceperunt diutius inualeſcant: ad officium noſtrum pertinet eas eradicare: ⁊ vt ipſi inter ſe mutua charitate coniuncti expectatū fructum afferant etiam exemplo proficiant: partes noſtre ſollicitudinis adhibere. Sane licet olim tam felicis recordationis Nicolaus quintus ⁊ Calixtus. iij. ac Pius ſecundus quam nōnulli alij romani pontifices ꝑdeceſſores noſtri ad āputandas aliquas diſſenſiones inter fratres ipos qui conuentuales ⁊ qui de obſeruātia nuncupantur vertentes diligēter intenderint: ⁊ varia eoruʒ ſtatuta ⁊ ordinatiōes litteras ediderint. Noſ ꝗ ipſorum predeceſſorum veſtigia imitati: eiſdem fratribus de obſeruātia nuncupatis ne loca conuentualium aut monaſteria monialium eorū cure ſubiecta recipere: neꝗ vt illa a cura ipſorum conuentualium auferātur tentare: aut etiam priuatis perſonis perſuadere preſumant ſub excōmunicationis late ſententie pena prohibuimus prout in noſtris ⁊ eorum predeceſſorum litteris plenius continetur. Tamen propter ipſius ordinis longe lateꝗ diffuſi magnitudinem aliqua adhuc diſcordiaruʒ ſemina ſuperfuerunt: nos ea de dilectorum filiorum franciſci de ſaona generalis miniſtri dicti ordinis: ⁊ marci de bononia ipſius generalis in ciſmontanis partibus ſuper fratres de obſeruantia generalis vicarij: necnon generalis procuratoris fratrum conuentualium ac cōmiſſarioꝝ de obſeruantia predictorum tam citra ꝗ vltramōtanoꝝ in romana curia deputatorum ⁊ ſufficienter prout nobis plane conſtat mandata habentium expreſſo conſenſu: per moderationem lrarum predictarum et aliarum prouiſionum adiectionem amputanda auferendaꝗ duximus. Cum itaꝗ in predictis noſtris litteris: in fratres de obſeruantia prefatos: ſi quoquomodo de alicuius domus conuentus ſeu monaſterij oblatione perſuaderent: excōmunicationis feratur ſentencia eoipſo cuius abſolutio dumtaxat ſedi apoſtolice reſeruatur: et propterea vt predicti vicarij ⁊ cōmiſſarij coram nobis expoſuerunt facilis ad multos ſimplices eadem ſentencia illaqueandos ⁊ pro obtinenda abſolutione ad romanam curiam vagandi via pararetur: nos cupientes eorundem fratꝝ de obſeruantia metum tollere: eoſꝗ nihilominus ne domus conuentualium ⁊ ab eorum cura monaſteria predicta ſubtrahant eadem pena viā precludere. Et viciſſim ne conuentuales ad eorum perturbationem pro

ſiliant prouidere:necnon predictas noſtras litteras que incipiunt. Su-
perne diſpoſitionis. Non obſtantibus quibuſuis in eis adiectis dero-
gatoriarum derogatorijs alijſꝗ fortioribus clauſulis quas ⁊ ipſarum
litterarum tenores etiam de verbo ad verbum ⁊ pro earum derogatio
ne forſan requiri videretur preſentibus non enarrentur haberi volum⁹
pro expreſſis:harum ſerie ⁊ certa ſcientia moderantes: ⁊ ſi quid vltra
ſit vel contrarium reuocantes:auctoritate apoſtolica ⁊ ſcientia ſimili te
nore preſentium tam conuentualibus ꝙ̄ de obſeruantia ⁊ nōnullis alijs
qui generali dumtaxat ſeu etiā ꝓuincialibus miniſtris ſubſunt ⁊ de ob
ſeruantia nuncupantur dicti ordinis fratribus tam citra ꝙ̄ vltramon-
tanis ſub excōmunicationis late ſententie pena diſtrictius inhibemus
ne proprio motu induſtria ⁊ malicia videlicet fratres conuentuales ob
ſeruantium ⁊ econuerſo illi de obſeruantia per ſe vel alium ſeu alios
quouis queſito colore vel ingenio de cetero conuentualium fratrum pre
dictorum aliquam domum.locum conuentum :ſeu monaſterium mo-
nialium de nouo recipere inuadere vel perturbare :aut de illa vel illo ſe
quomodolibet intromittere. Conuentuales autem ⁊ alij fratres de ob-
ſeruantia generali dumtaxat ſeu etiam prouincialibus miniſtris ſubdi-
ti eorumꝗ prelati:ne aliquos fratres de obſeruantia ſub vicarijs viue-
re ſolitos tranſfugas ſeu ad eos fugientes niſi oſtenderint litteras licen
tie a prelato ſuo per eos obtentas in quibus contineatur nomen con-
uentus a quo receſſerint ⁊ illius ad quem remiſſi ſunt etiam ſub pretex-
tu cuiuſcunꝗ licentie ſuper hoc ipſis fratribus conuentualibus ⁊ alijs
de obſeruantia dictis vicarijs non ſubditis eorumꝗ prelatis ab apo-
ſtolica ſede conceſſe:quam quo ad hoc penitus reuocamus : acceptare
quoquomodo preſumant. Sed illos ad prelatos ſuos iuxta litterarum
dicti pij pape predeceſſoris noſtri ſuper hoc editarum quas per oīa vo
lum⁹ obſeruari cōtinentiā remittere teneātur: ⁊ vice verſa ꝓhibem⁹ ne
frēs de obſeruātia nūcupati p̄dicti:ſcandaloſos ⁊ criminoſos frēs con
uētuales ⁊ diſciplinā ordinis ſubterfugiētes recipere :ſed illos ſimilit̄
ad p̄latos ſuos remittere debeāt: ſeruata tñ pie memorie eugenij pape
q̄rti ⁊ pij p̄dicti p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ lr̄aꝝ quo ad hoc editaꝝ forma. Alioqn
nos ex nūc ꝓut extunc in ꝯtrafaciētes ⁊ inhibitionū oīum nr̄arū p̄dicta
rū trāſgreſſores tā ꝯuētuales ꝙ̄ de obſeruātia ⁊ alios fratres p̄dictos
eiſꝗ in p̄miſſis oībus dātes auxiliū ꝯſiliū vel fauorē publice vel occulte
directe vel indirecte cuiuſcūꝗ ſtatus gradus vl' dignitatis fuerint in or
dine:excōicationis ſniam harū ſerie ꝓmulgamus. a qua non poſſint ni
ſi a romano pontifice preter ꝙ̄ in mortis articulo conſtituti abſolutōis
beneficium obtinere. Si vero illi fratres qui de obſeruantia nuncupan-
tur ⁊ ſolum generali ſubſint inhibitioni predicte contrauenerint: vltra
premiſſas penas etiam per miniſtros prouinciales eorumꝗ vicarios
miniſtro extra illam prouinciam exiſtente: ad omnem ipſorum fra-
trum de obſeruantia inquiſitionem:non obſtantibus ipſis per ſedem
apoſtolicam : vel alia conceſſa exemptione arceri . ⁊ ad ſatiſfactio-
nem in premiſſis compelli poſſint ⁊ debeant remedijs opportunis

¶Preterea cum intelleximus nõnullos dicti ordinis fratres ſub obediẽ
tia quam vouerunt viuere ſubterfugiẽtes: varijs pretẽſis coloribus etiã
mediantibus lr̃is apl̃icis ſibi procuraſſe conuentus ⁊ loca in quibus ſi
ne obedientia ſuorum ſuperiorum degerent. Nos attendentes id eſſe re
gulari dicti ordinis diſcipline contrarium: auctoritate ⁊ ſcientia ſupra-
dictis earũdem tenore preſentium omnes ⁊ ſingulos per eoſdem fra-
tres taliter receptos conuentus ſeu domos: aut generali immediate
aut prouincialibus miniſtris ſeu vicarij s de obſeruantia dicti ordinis
ſubeſſe debere decernimus ⁊ mandamus. ita ꝙ infra quindecim die-
rum ſpatiũ habita preſentium noticia: illi fratres qui ea receperint vel
qui in eis habitant: eligere ⁊ manifeſte ſub publico teſtimonio dicere te
neantur vtrum generali vel ꝓuincialibus miniſtris: an vero vicarijs de
obſeruãtia ſubeſſe maluerint: ſtatuẽtes ꝙ in poſterũ nullus talis frater
aliquẽ locũ ſeu domũ etiam quarũcunqꝫ lr̃ax aplicarum obtẽtu recipe
valeat: niſi de licẽcia generalis ſeu prouincialis miniſtrorũ vel vicarij
obſeruantie illius prouincie in qua locus ſeu domus ip̃a conſiſtet: niſi
his lr̃is fuerit ſpecialiter derogatũ. Quẽ ſi receperit: ſi ip̃e maluerit ſub
eſſe vicarijs de obſeruãtia nũcupatis: ip̃is prelibatis vicarijs alioquin
ipſis generali vel prouincialibꝰ miniſtris ſubeſſe debẽt vt ſuperius eſt
expreſſum. Et ſi forte recuſauerint ita ſubeſſe: nos ꝑ eos taliter recepta
loca ex nũc prout ex tũc eccl'iaſtico ſubijcimus interdicto. Ceterũ vt ſe
raphicus iſte ordo dilatetur: auctoritate ⁊ ſciẽtia predictis ſtatuimus
⁊ ordinamꝰ: ꝙ eiſdem fratribus de obſeruantia eorũqꝫ vicarijs ꝑpetuo
liceat (habita tamen ſup hoc ab eadem ſede licẽcia) in quacũqꝫ ciuita
te caſtro ſeu alio loco: etiã ſi in illa vel illo: alia vel alie cõuẽtualiũ fratrũ
domus exiſtãt: nouas domus edificare. vel ſi edificate a principibꝰ: do
minis: cõmunitatibꝰ aut alijs eis largiẽtur: dũmodo nõ ſubijciãtur cõ-
uentualibꝰ aut immediate generali miniſtro dicti ordinis: accipere et
inhabitare. Inhibẽtes miniſtro ⁊ fratribꝰ cõuentualibꝰ ac alijs eis ſeu
dũtaxat generali ſubditis ſupradictis: ſub eadẽ excõis pena quã in cõ
trafaciẽtes ex nũc prout ex tunc ferimꝰ in his ſcriptis ⁊ a qua non poſ-
ſint niſi per eũdem romanũ pontificẽ preterqꝫ in mortis articulo abſol
ui: ne proprio motu vel induſtria per ſe vel aliũ ſiue alios quouis q̃ſito
colore vel ingenio ſuper receptione talium domorum per eos iuxta hu
iuſmodi noſtram licenciam accipiendarum contra preſentium tenorẽ
impedire aut eis moleſtiam aliquam inferre preſumãt. Et ſimiliter ſub
eadem pena prohibemus fratribus de obſeruantia predictis: ne eoſdẽ
fratres conuẽtuales aut alios generali vel prouincialibꝰ miniſtris ſub-
ditos quominus in eiſdem ciuitatibus atqꝫ locis etiam noua loca con-
ſtruere: ⁊ cõſtructa (dũmodo vicarijs nõ ſubſint) ſi eis vt prefertur do-
nentur vel concedãtur accipere ⁊ retinere poſſint: impedire audeant. Et
nihilominꝰ volumus et tenore prenſentium ordinamꝰ ꝙ ſi quoquomo
do (quod abſit) cõuentuales vel de obſeruãtia aut alij fratres predicti
inhibitionibus noſtris huiuſmodi contrauenerint, aut alias contra te-
norem preſentium attentauerint: ex tunc de obſeruantia ad generalem

vel prouinciales miniſtros. ⁊ econuerſo cõuentuales ⁊ alij fratres predicti ad vicarios memoratos pro obſeruatione preſentium in rebelliũ correctione recurrere poſſint. Qui quidem miniſtri ⁊ vicarij tranſgreſſores ipſos teneantur ⁊ debeant auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam ⁊ opportuna remedia vſq; ad ſatiſfactionem debitam coercere alijs penis predictis in ſuo robore nihilominus permanentibus decernentes irritũ ⁊ inane ſi ſecus ſuper premiſſis vel eorũ aliquo per quoſcunq; quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtãtibus premiſſis ac conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis necnon ſtatutis ⁊ conſuetudinib⁹ dicti ordinis iuramento: cõfirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ceteriſq; cõtrarijs quibuſcũq;: per hoc autem priuilegijs ⁊ litteris generali ⁊ conuentualibus ſiue vicarijs ⁊ fratribus de obſeruãtia predictis per eugeniũ ⁊ pium prefatos ⁊ alios romanos põtifices predeceſſores noſtros cõceſſis: non intẽdimus alias in aliquo derogare niſi in quantũ ſupradictis contrairent. ¶ Poſtremo quia difficile foret preſentes lr̃as ad ſingulas prouincias originaliter deſtinari: volumus ⁊ dicta auctoritate decernimus: ꝙ tranſſumptis earũ manu notarij publici ⁊ curie cauſarum camere apoſtolice aut alicuius archiepiſcopalis ⁊ epiſcopalis ſigillo munitis: ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicũq; ⁊ exhibite vel oſtenſe fuerint fides adhibeatur: ac ſi ipſe originales littere forent exhibite vel oſtẽſe. ¶ Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtre moderationis: inhibitionis: reuocationis: prohibitionis: promulgationis: cõſtitutionis: mandati: ſubiectionis: ſtatuti: ordinationis: intentionis: volũtatis ⁊ decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ omnipotẽtis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ rome apud ſanctum marcum Anno incarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo ſexto: pridie kl̃s marcij ¶ Põtificat⁹ nr̃i Anno tertio.

NIcolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Uniuerſis chriſti fidelib⁹ ad quos littere iſte peruenerint Salutem ⁊ apoſtolicã benedictionem. Litteras felicis recordationis gregorij pape noni predeceſſoris nr̃i non abolitas: non cancellatas: nõ viciatas vera bulla bullatas inſpeximus diligẽter: quarum tenorem de verbo ad verbũ ex certa ſciẽtia preſentibus fecimus annotari: decernẽtes ac ſtatuẽtes vt idẽ tenor eãdem vim eũdem vigorẽ ac idem robur per oĩa obtineat ſic inſert⁹: q̃ ipſe litttere bulla ipſa munite noſcũtur etiã ſi dicte lr̃e nunq; in poſterũ apparerẽt: ⁊ eadẽ ſibi fides in iudicio ⁊ extra iudiciũ adhibeat̃ oĩno: q̃ p̃dictis originalib⁹ lr̃is p̃berek: p̃dict⁹ vero tenor earũdẽ lr̃aꝝ talis eſt.

Nicolaus tertius cõfirmãs teſtimonium gregorij noni ſup ſtigmatibus ſancti frãciſci.

GREGORIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei; Uniuerſis chriſti fidelibus ad quos lr̃e iſte peruenerint Salutẽ ⁊ apoſtolicã benedictionẽ. Cõfeſſor dñi glorioſus beatus franciſcus qualis vite meritis p̃ceſſerit ad patriam ꝑpetue claritatis: explicare lr̃is arbitramur fore ſuperfluũ: cũ

id fere venienerit ad fidelium noticiam ſingulorum. Verūtamen gran de ac ſingulare miraculum quo ipſum ſanctorum ſplēdor ⁊ gloria Do minus ieſus chriſtus mirabiliter decorauit: vniuerſitati veſtre tenore ꝑ ſentium non indigne duximus exprimendum videlicet ꝙ idem ſanctus cum adhuc ſpatiū preſentis vite percurreret: ⁊ poſtq̄ȝ illud feliciter cō ſumauit: manibus ac latere ac pedibus ſpecie ſtigmatum diuinitꝰ exti tit inſignitus. Quo ad noſtram ⁊ fratrum noſtrorum deducto noticiam ⁊ cum ceteris eiuſdem miraculis per teſtes fide digniſſimos ꝓbato: ſo lēniter ex ipſo ſpecialem cauſam habuimus ꝙ confeſſorem eundem de dictorum fratrum ⁊ omnium prelatorum conſilio qui tunc apud ſedem apoſtolicam exiſtebant: ſanctorum cathalogo duximus aſcribendum. Igitur cum ab vniuerſis fidelibus credi firmiter cupiamus, deuotionē veſtram rogamus ⁊ exhortamur in domino ieſu chriſto in remiſſionem vobis peccaminum iniungendo: quatenus ab aſſertione cōtrarij aures decetero penitus auertentes: confeſſorem eundem apud deum pia vo bis reddatis veneratione propiciū: vt eius meritis ac precibus ⁊ in ꝑ ſenti a domino proſperitatis gaudium ⁊ in futuro eterne felicitatis per cepiſſe ſolatium exultetis. Datum viterbij nonis aprilis. pontificatus noſtri anno vndecimo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi nam noſtre annotationis ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temera rio contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe noue rit incurſurum. Datum ſuriani octauo kl's ſeptembris pontificatus no ſtri Anno ſecundo.

Gregoriꝰ no nus increpās quēdā epiſco pū dubitantē de ſtigmatibꝰ ſancti franciſci.

GRegoriuſ epūs ſeruus ſeruo rum dei. Ad perpetuam rei memoriam: venerabili fratri epiſcopo clomotenſi ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictio nem. Vſq̄ȝ ad terminos orbis terre preſumptionis tue ſigna protendens: patentes litteras exhibendas vniuerſis dixiſti fideli bus: cuidam ad ſobrietatem ſpernenti ſapere ac damnabiliter dedito blaſphemijs manu lubrica cōceſſiſti: quas inter aliqua pietati cōformia ⁊ quedam obnoxia prauitati continere percepimus: ꝙ cum ſolus pa tris eterni filius fuerit pro humana ſalute crucifixus ⁊ ipſius dumta xat vulnera deuotiōe ſupplici adorare debeat religio chriſtiana: nec bea tus franciſcus nec ſanctorum aliquis cum ſtigmatibꝰ ſit in eccleſia vel depingendus: ⁊ ꝙ peccant contrarium tanquam inimico fidei nulla credulitas adhiberi ſuper quo non modicum admirantes: que ſit cau ſa ſuaſionis huius non indigne prouidimus perſcrutari vt ſi forte bo na ſit (quod impoſſibile creditur) commendabilis habeatur ꝙ in ob liuionem ⁊ tu inductus ſpiritu penitudinis ad ſuggerendum ſalutare contrarium promptus ⁊ facilis habearis: ⁊ enim ſuper his ex eo ſum pſiſti forſitan argumentum quod ſit indecens in ſubditis vt planta ſibi pretendat inſignia peccatis. Ad hoc quidem prouidentes propoſitum

ſeu compendioſe prolatũ eſſe dummodo ſuppleret niſi de ſpeciali gra
tia cuiqꝫ benemerito inſignia huiuſmodi ſunt conceſſa ⁊ ſi non multa q̃
poſſumus tamen breuiter quendam preſidium perſpicue rationis ha-
bentia reſpondemus, videlicet ꝙ dei ſapientia que de limo terre ſimi-
lem ſibi formans hominem ſimilis ſibi fieri per incarnationis my-
ſterium vt ipſum a morte redimeret non contempſit dilectum ſibi bea-
tum franciſcum ſuorum ſpecies ſtigmatum decorauit que temeritas qđ
peccatum ſi tam ſingulare priuilegium ad indulgentis gloriam pictu-
re teſtificatione pareat oculis deuotorum. Nonne vt ſileamus de alijs
princeps apoſtolorum eximius licet poſitione diſſimili quandoqꝫ pin-
gitur crucifixus. Sed dicis intrepidus alia duꝫ pactum reformat ratio
quenia cum preteriti nequiuerint ꝙ de cruce futurum veritas indicauit
neqꝫ improprie ſuſpenſus in cruce dicitur neqꝫ incongrue tali damna-
tus ſupplicio figuratur. Sed de franciſci cruce vel ſtigmatibus quod ve
ritatis indicium quod probabile argumentum de cruce, ſiquidem mo-
ta ſeculis vita ipſius reſpondeat ꝙ poſtqꝫ religionis aſſumpſit habitũ
vacando virtutibus carnis continuum ſubijt cruciatum. De ſtigmatibꝰ
vero plures fide digniſſimi quos miraculi tanti conſocios diuine placu
it reddere pietati teſtimonium veritati perhibeant ⁊ ad ipſum hoc fide
lis mater eccleſia ſuffragetur que ex huiuſmodi miraculo cum multis
alijs debita ſolennitate probato cauſam ſpecialem habuit ꝙ eundem
ſanctum beatorum cathalogo reuerenter aſcripſit, Quid ad iſta quaſi
mundo publica ⁊ tibi per conſequens non ignota niſi quod voluntatis
arbitrium pretendens vel preferens conſilio rationis nos vel deum po
tius gratis offendis ac vtriqꝫ dilectorum fratrum minorum ordinem ⁊
deuotos eidem nimis improuide perturbas. Ad cor igitur qui os in ce
lum preſumpſiſti vt de reliquo taceatur ſine mora reuertere ad iram ſu
perni iudicis mitigandam ſtudia ſuſcipe penitentis prompta diligen
tia ſi forte ſit poſſibile prouiſurus vt ſcandalum quod quantum in te fu
it vniuerſitati fidelium per predictas intuliſti litteras deleatur ⁊ di-
ctorum fratrum collegia ſint in thentorie partibus in reuerencia con-
ſueta: quod vt tanto facilius auctore deo prouenire valeat quanto
plum fore dignoſcitur vt in futuro vulneris que ſalutis ſunt etiam
operetur fraternitati tue in virtute obedientie per apoſtolica ſcripta
precipiendo mandamus quatenus cordi tuo pro ſolenni voto con-
ſtituens ꝙ aliquis aliquid decetero ex quo prouocari ſuperna ma-
ieſtas vel ſedes apoſtolica iuſte conturbari valeat non attentans pre
dictum priuilegium quo celſitudinis diuine dignatio ſui confeſſorem
nominis reddidit glorioſum damnabiliter infligere aut impinge-
re calumnijs non preſumas: ſed celebre in eiſdem partibus ad ho-
norem conditoris dum ſicut ⁊ in alijs habeatur quantum in te fu-
erit humili deuotione procures firmiter crediturus ꝙ idẽ ſanctꝰ cũ ad
huc nr̃e mortalitatis habitũ baiularet p̃dictis ſtigmatibꝰ extitit inſigni
tus ⁊ licet illa viſa pluribus ipſe tanqꝫ cõtemnens laudes hominum

v̄ xcanſcꝫ contemplando dulcedini celeſtiū organorum eelare ſemꝑ ſtu-
duerit: ea tamen migrans ad paradiſi patriā concurrentium obturem
publicauit. Datū viterbij ſcd̄o kl's ap̄lis pōtificat⁹ nr̄i anno vndecimo.

# ALexander ep̄us ſeruus ſeruo

rum dei Ad perpetuam rei memoriā. Venerabilibus fratri
bus archiepiſcopis ⁊ epiſcopis ⁊ alijs eccleſiarum prela-
tis preſētes litteras inſpecturis ⁊ audituris Salutē ⁊ apo
ſtolicam benedictionem. Benigna opera diuine voluntatis in celo po
tens ⁊ nouans ſingula ſapienter ⁊ immutans mirabilia ſuper terram:
poſtq̄ꝫ dei filius victor mortis ad patrem vnde deſcenderat vehiculo
ano 1492 proprie maieſtatis aſcēdit: mirifice fortitudinis viros ad conſumatio-
nem ſanctorum diuerſis temporibus ſuſcitauit: a quibus teſtimonium
ſpei glorie cum chriſto in deo recondite firmaretur ⁊ eccleſie ſancte ad
promiſſam requiem feſtinandi in hoc peregrinatiōis exilio quod tedio-
ſa deſiderij eius dilatione protrahitur: per ipſos conſolationis ſolatiūꝫ
perueniret. Inter alios autem diebus noſtris beatus franciſcus almus
chriſti cōfeſſor apparuit ſignis ⁊ virtutibus glorioſus: qui clariſſimis
pie viuendi meritis ⁊ exemplis ſanctam fecundauit eccleſiam ⁊ caligā-
tia preſentis etatis tempora: fulgoris ſui lampade illuſtrans: vie iuſti-
cie perfecte preparans in eremo altiſſime paupertatis: quā ipſe currēs
⁊ alacriter exultans: contra carnem: mundū ⁊ demonē velut gigas: tra-
xit poſt ſe de inferi faucibus ⁊ traduxit ad dn̄m populum humilē bono
rum operum ſectatoreꝫ ſicut effuſa ſuper faciē orbis terre copioſa pro
feſſionis eius religioſa generatio patefacit. Ut autem ad illuminationē
gentiū celebris eius memoria tanq̄ꝫ rutilum ſydus in coruſco firmamē
ti myſtici ethere ſeruaretur: multis cū diuina potentia adhuc militāteꝫ
inter homines ⁊ demum in ſanctoꝝ agmine triumphantē: dignata eſt
deificare miraculis: que felicis recordatiōis gregorius papa predeceſ-
ſor noſter ne illa vel peruerteret emula ſanctitatis iniquitas vel obliuio
nis digitus qui rebus geſtis cito ſuperdūcitur aboleſceret: ſolertiſſimis
inquiſitionibus indagata ⁊ comperta fideliſſimis documentis fecit ad
laudem dei ⁊ augmentum fidei ⁊ inſtructuionē ſalubreꝫ tam preſentiū
q̄ꝫ etiam futurorum: munimētis perpetuis commendari eūdem cōfeſ-
ſorem ſanctorum cathalogo aſcribendo: ſicut in plurimis locis liquido
per ipſius predictas litteras apparet harum ſeriem explicite continen
tes. Porro quia longum eſſet nedum exarare per ſingula: verūetiā ſuc
cincta relatione perſtringere clara virtutis diuine prodigia que tam in
operationib⁹ ſanitatis q̄ꝫ etiam in alijs mirabilibus argumentis pro-
bauerūt eundē cōfeſſorē tenere cū ſanctis ſoliū gl'ie in excelſis: ſignant
nobis an̄ oclos ꝓponere volum⁹ recolēda freq̄nti⁹ ⁊ vehemēti⁹ admi-
rāda illa ſaltē iocūda dn̄ice paſſiōis inſignia q̄ in eiuſdē ſc̄i corpore dū
adhuc vitali ſpiritu foueret̄ man⁹ celeſtis operationis impreſſit. Vide
runt namcꝫ oculi fideliter intuētes ⁊ certiſſimi palpantium digiti pal-
pauerunt: ꝙ in manibus eius et pedibus expreſſa vndicꝫ ſimilitu-

do clauorum de ſubiecto proprie carnis excreuit: vel de materia no-
ue creationis accreuit: que equidem idem ſanctꝰ ſtudioſe ab oculis ho-
minū quorum refugiebat gloriā: dū viueret abſcondebat. Inuēta ē pa-
tentius in ipſius defuncti corpore nō inflicta humanitꝰ nec facta plaga
vulneris lateralis quaſi aliquid inſtar lateris ſaluatoris quod ſalutatio
nis ⁊ redemptionis humane in redēptore nr̄o ꝓtulit ſacramentū. Que
quidē plaga (ſicut quoſdā ex fratribꝰ ſibi familiariter adherentibus la
tere non potuit ꝓpter defluxū humoris:) diu antea viruerat in viuen-
te. Hec igitur mira ⁊ decora noue demonſtrationis inditia magne de-
bent eſſe deuotionis diuitie chriſtianis ⁊ inextimabiles religioſis deli-
cie in ſpiritualibꝰ cōmunis eccl'ie orthodoxe cū ex his ſincera fides xp̄i
accipiat ꝙ etiā illi fuerint paſſionis chriſti ſine extrinſeco pſecutore con
ſortes: qui pro eius amore carnē ſuā cum vicijs ⁊ concupiſcētijs volun
tarie crucifigunt. Sane de prefato ſancto hec certiꝰ aſſerētes indoctas
fabulas ſeu vane inuētionis deliramenta nō ſequimur: cū ea nobis du-
dum nota fecerit plenior fides rerū quādo videlicet in minoribꝰ cōſtitu
ti confeſſoris eiuſdē familiarē ex munere diuino meruimꝰ habere noti-
ciam: prefati predeceſſoris nr̄i domeſticis obſequijs tūc temporis inſi
ſtendo. Cum igitur oporteat cauere prudēter ne tanta patrocinij gratia
humano generi celitus in memorato cōfeſſore collata in vacuū aſſuma
tur; vniuerſitatē veſtrā rogamus: monemꝰ: hortamur attēte per ap̄lica
vobis ſcripta mandātes: quatenꝰ eiuſdem confeſſoris precioſa merita
miraculoſa: magnalia ⁊ ſalutarē memoriā celebritate annua predicatio
ne frequēti ⁊ veneratione recēſentes: ad ipſius deuotionē gratie diuine
memoriā ſubditos vr̄os celebris monitis excitetis: vt eo pro vniuerſo
fideliū populo ac preſertim pro ijs qui ſe inuocauerint diuinam miſeri-
cordiā implorāte mereātur ſupplices: qđ operū ſuorū poſſibilitas obti
nere nō poteſt eius interceſſionibꝰ impetrare. Nemo itaqꝫ eidē ſancto
audeat decetero eſſe moleſtꝰ: in corpore ſuo chriſti triumphalia ſtigma
ta preferēti. Siquis igitur ſpiritu temerarie preſumptionis inſaniens
diuini muneris inuidus ap̄lica iudicij ſacrilegus impugnator: premiſ-
ſa vel alia ꝓdigiorū ſigna quibus in eccl'ia dei ſanctitas predicti cōfeſ-
ſoris elluxit improbe contradictionis morſibus obtrectāda crediderit:
volumus ⁊ mandamꝰ vt eum ſane mentis reſtituat iudicialis ſeueritas
diſcipline: ita ꝙ diſtricta proprij prelati caſtigatione correctꝰ: dei ope-
ra blaſphemare dediſcat: ⁊ fidei catholice fructus de pia mirabiliū domi
ni credulitate pullulās non areſcat. Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginā noſtre cōfirmationis: prohibitionis: voluntatis infringe-
re; vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attentare preſumpſe
rit: indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eiꝰ
ſe nouerit incurſurum. Datum anagnie quarto kl's nouembris pontifi-
catus noſtri Anno Primo.

DILECTIS FILIIS generali ⁊ prouincialibus vicarijs
ordinis fratrum minorum de obſeruātia nuncupatorū ciſmōtanorū.

# Tractatus

## Alexander papa ſextus

Dilecti filii Salutem ⁊ apoſto
licam benedictionē. Dudū pro parte fratrū veſtri ordi-
nis: felicis recordationis Innocentio pape octauo pre
deceſſori nr̄o expoſito ꝙ licet recolēde memorie pius ſe-
cundus ⁊ paulus etiā ſecundus ac ſixtus quart⁹ romani pōtifices pre
deceſſores nr̄i per diuerſas eoꝝ litteras inhibuiſſent ordinis fratrū mi-
norum profeſſorib⁹ cōuentualibus nūcupatis ⁊ alijs quibuſcūq; pſo-
nis cuiuſcūq; ſtatus gradus ⁊ cōditionis: ne fratres dicti ordinis de ob
ano 1499
ſeruantia nūcupatos veſtre obediētie ſubiectos reciperent ſine licencia
ſuoꝝ ſuperiorum in ſcriptis habita: nihilominus nōnulli ex eiſdē pro
feſſoribus cōuentualib⁹ nūcupatis ⁊ alij qui etiā ſe de obſeruātia faciūt
nuncupari: ab obediētia miniſtroꝝ generalis ⁊ prouincialiū fratrū con-
uentualiū eorūdē exēpti ⁊ veſtre obedientie nō ſubiecti: plures fratres
vr̄e obediētie ſubiectos apoſtatas ⁊ ſcādaloſos ac diſciplinā ordinis
veſtri fugientes: cōtra inhibitionē huiuſmodi pſepe recipiebāt ⁊ reti-
nebant aut mittebant quocūq; trahebat eos affectio inordinata: aſſerē
tes predicta facere poſſe ap̄lica auctoritate ſuper hoc eis conceſſa. Idē
Innocentius predeceſſor veſtris in ea parte ſupplicationibus inclina-
tus eorūdem pij: pauli ⁊ ſixti predeceſſoꝝ inhibitionē ⁊ l̄ras predictas
ac pro inhibitiōe eadē concernebāt oīa ⁊ ſingula in eis litteris conten
ta per alias ſuas litteras in forma breuis auctoritate ap̄lica approba
uit: ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere ac obſeruari debere decreuit:
⁊ mandauit illis qui eatenus aliquē ex veſtri ordinis profeſſorib⁹ de ob
ſeruātia nūcupatis contra inhibitionē eādem ſine licencia huiuſmodi
receperant: ⁊ ex tunc in poſterum quēcunq; reciperent: ſub penis ⁊ cen
ſuris in litteris predeceſſorū ſuorum predictoꝝ contentis: vt poſtq̄ re-
quiſiti forent aut alias ad noticiam eorū perueniſſet ſuper taliū ſic rece-
ptorum tūc ⁊ pro tēpore remiſſione: ad obedientiā prelatoꝝ veſtri ordi
nis a qua apoſtatauerāt illos ſine mora iuxta inhibitionē huiuſmodi re
mitterent: ⁊ eiſdem qui ſic apoſtatando recepti fuerant: vt ad eādē obe
dientiam a qua ſine licencia receſſerant redirent: ⁊ locoꝝ ordinarijs ac
perſonis in dignitate eccl̄iaſtica cōſtitutis cathedraliūq; eccleſiarū ca-
nonicis: ⁊ ordinariorū eorūdem officialibus ac in ſpiritualib⁹ vicarijs
generalibus quos deſuper pro parte veſtra requiri cōtingeret: vt tales
qui ſic receſſerant ⁊ pro tempore recepti fuerant: remitterent ad obediē-
tiam huiuſmodi: per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita
⁊ alia opportuna iuris remedia compellerēt: facerentq; mandarēt eos
non parētes eoꝝ mandatis cenſuris predictis per litteras predeceſſo-
rum predictorum in eos inflictis irretitos publice nunciari: ⁊ ab omni
bus artius euitari: donec parendo eiſdem meruiſſent abſolutionis
ab eiſdem cenſuris beneficium obtinere prout in eiſdem innocentij pre

deceſſoris prefati litteris plenius, dicitur contineri. Cum autem ſicut
nobis nuper exponi feciſtis vos cupiatis eiuſdem innocencij litteras
predictas ⁊ in illis contenta noſtre approbationis munimine robora
ri nos qui veſtre obediētie ſubiectos fratres predictos de obſeruantia
nuncupatos eorum exigentibus meritis paterna diligimus in domi-
no charitate: veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati: pij: pauli:
ſixti ⁊ innocentij predeceſſorꝝ noſtrorum predictorum veſtigijs inherē
tes: venerabilis fratris noſtri. G. epiſcopi albanēſis cardinalis vlixbo-
nenſis veſtri ordinis vice protectoris in hac parte ſupplicatōib⁹ ⁊ ſuaſi
onibus annuentes: inhibitionem predictam ⁊ prout illam conceſſerūt:
omnia ⁊ ſingula in eorūdem predeceſſorum noſtrorum predictorum lit
teris contenta quecūqꝫ que ad fratres veſtre familie ciſmontane: dicta
apoſtolica auctoritate approbamus ⁊ robur perpetue firmitatis obti-
nere ⁊ ſeruari debere eadem auctoritate decernimus: ac illis quos ab
obediētia prelatorū ciſmontanorū veſtri ordinis apoſtatando imposte
rū recedere continget ſine licencia huiuſmodi veſtri ordinis profeſſori-
bus ⁊ illis qui eos in futurum recipient dicti ordinis conuentualibus
nuncupatis ⁊ alijs fratribus: necnon locorum ordinarijs eorūqꝫ officia
libus ⁊ vicarijs ac in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis perſonis: necnō
cathedralium eccleſiarū canonicis vt eiuſdem innocentij predeceſſoris
mandato predicto optemperent omni excuſatione poſtpoſita: prefata
auctoritate diſtricte precipiendo mandam⁹. Et quia dificile foret ſingu
las eorūdem predeceſſorū ⁊ preſentes litteras ad ſingula loca in quib⁹
vti oporteret defferre: volumus ⁊ dicta auctoritate decernimus ꝙ earū
dem litterarū traſſumpto manu publici notarij ſuſcripto ⁊ tui ⁊ eorum
qui pro tempore erūt generales ciſmontani vicarij ſucceſſorꝝ veſtroruꝫ
ſigillo munito adhibeatur plena fides in iudicio ⁊ extra vbicunqꝫ trāſ
ſumptū huiuſmodi fuerit exhibitum vel oſtenſum: prout ⁊ ſicut adhibe
retur ipſis originalib⁹ lr̄is ſi exhiberētur. Nō obſtātib⁹ cōſtitutionibus
⁊ ordinationib⁹ apoſtolicis: necnon quacunqꝫ licencia ab alio ꝙ̄ a no
bis ſuper receptione huiuſmodi fratrū ciſmōtanorꝝ vr̄i ordinis ſine li-
cencia p̄dicta prelatorꝝ eorūdem: eorūdē receptione dictis fratrib⁹ con
uentualibus nūcupatis ⁊ alijs q de obſeruātia nūcupari faciūt ⁊ p exē
ptis ab obediētia ⁊ ſubiectione generalis ⁊ prouincialiū miniſtrorꝝ di-
cti ordinis cōuentualiū nūcupatorꝝ ſe gerūt in genere cōceſſa ⁊ quā im-
poſterū cōcedi cōtigerit ac deſup cōfectis ⁊ cōficiēdis lr̄is apl̄icis qui-
buſcūqꝫ illis preſertim quas felicis recordationis ſixtus q̄rtus ſup fa-
cultate recipiēdi fratres familie nr̄e ſine licencia predicta certis de cau
ſis in eis expreſſis conceſſit ⁊ quas nos ⁊ cōfirmamus ⁊ innouam⁹ qui-
bus alias etiam de eis ⁊ illarum tenore de verbo ad verbuꝫ ſeu quanis
alia expreſſio habenda eſſet ⁊ in eis caueretur expreſſe ꝙ illis nunꝙ̄ cē-
ſeretur derogatū niſi dum ⁊ quotiens eis ſub certis inibi expreſſis mo-
do ⁊ forma ac v̄borꝝ ꝯceptiōe cōtingeret derogari: ⁊ q̄uis alie clauſule
etiā derogatoriarꝝ derogatorie fortiores ⁊ inſolite ꝯtinerent in eis pn̄ti
bus p expſſis ⁊ inſertis habentes ꝙ̄ ad p̄miſſa ſpecialr̄ ⁊ expreſſe dero

Sixtus q̄rtus declaratio que daȝ ſixti pape quarti ſup regulā fratrum minoꝝ ad inſtanciaȝ miniſtrorum.

# SIxtus ep̄us ſeruus ſeruoruȝ

dei ad perpetuam rei memoriam. Circūſpecta apoſtoli
ce ſedis benignitas ſalutis operibus ſemꝑ intenta: ad
ea precipue ſue ſollicitudinis ſtudium conuertit per que
chriſti fideles ſinguli preſertim ſub ſuaui religionis iu-
go altiſſimo famulantes: ſemotis ſcrupulis vniuerſis in pacis tranqui-
litate ⁊ conſciencie puritate illi cui ſe ſponte deuouerunt vota ſua exolue
re valeant. cenſuras ⁊ penas aliquando reuocando: interdum vero limi
tando prout conſpicit in domino ſalubriter expedire. Sane ꝓ parte di-
lectorum filiorum miniſtri generalis ⁊ vniuerſorum fratruȝ ordinis fra
trum minorum nobis nuper exhibita petitio continebat ꝙ licet multis
fratribus eiuſdem ordinis ſatis durum ⁊ difficile ſit regulam beati fran
ciſci tenere ac ad ſuarum ſalutem animarum ſufficere videatur regulā
ipſam laudabiliter obſeruare: nihilominus quia nonnulli romani pon-
tifices predeceſſores noſtri ⁊ alij ac etiam generalis ⁊ fratres ipſius or-
dinis feruore deuotionis accenſi vltra dictam regulam nonnulla ſtatu-
ta ⁊ ordinationes ſiue conſtitutiones fecerint per que aliqua eiſdem fra-
tribus prohibentur: vtputa comedere carnes in natiuitatis reſurrectio
nis ⁊ aſcenſionis domini noſtri ieſu chriſti ⁊ penthecoſtes ac beatorum
petri ⁊ pauli apoſtolorum ceteriſq̧ alijs feſtiuitatibus ⁊ diebus. que-
dam vero alia ipſis precipiuntur fieri ſub excōmunicationis vel alijs cē
ſuris eccleſiaſticis ſeu alijs penis quas contrafacientes ipſo facto incur-
runt multi propterea dicti ordinis fratres contrafaciēdo cenſuris ⁊ pe
nis taliter latis ſepenumero inuoluūtur ⁊ illaqueātur: vnde ſtatuta ⁊ or-
dinationes predicta potius ad animarum ſuarum diſpendium q̄ȝ ſalu
tem edificare videntur. Uerum ſi cenſure ⁊ pene predicte in contrafaci-
entes vt prefertur ipſo facto: late in cōminatorias ⁊ infligendas aut tē
porales penas mutarentur: profecto ſaluti plurimorum opportune cō-
ſulentur. Quare pro parte miniſtri ⁊ fratrum predictoꝝ nobis fuit hūi-
liter ſupplicatū vt ipis in premiſſis opportune ꝓuidere de benignitate
ap̄lica dignaremur. Nos igiť qui fideliū aīaꝝ diſpēdijs libēter obuia-
mꝰ coꝝq̧ ſalutē ſinceris deſiderijs exoptamꝰ: hmōi ſupplicatiōibꝰ icli-
nati auctoritate ap̄lica tenore preſentium ſtatuimus atq̧ decernimus:
ꝙ miniſtri, cuſtodes, Guardiani ⁊ fratres dicti ordinis preſentes ⁊
qui pro tempore fuerint ex ſtatutis ſeu conſuetudinibus vel declarati-
onibus dicti ordinis preter regulam quomodolibet ⁊ a quibuſcūq̧ edi
tis etiam confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alis robora-
tis: illis ↄtra faciendo nulla eccleſiaſtica cēſura nulloq̧ mortalis pecca-
ti vinculo ligari valeant: nec cenſuras ⁊ penas ſeu mortale peccatum

huiuſmodi incurrant: niſi tales eſſent caſus vel exceſſus: qui diuina lege ſeu precepto romane eccleſie merito inducerent ad mortale: cenſuras ⁊ penas taliter latas harum ſerie reuocantes ⁊ annullantes; illaſqꝫ ad vim cōmutationis penarū cōminatoriarū ⁊ ferendarum ſeu corporales ⁊ temporales penas predictas per generalem miniſtrum; cuſtodes; guardianos ⁊ alios prelatos ipſius ordinis ferendas ⁊ infligendas reducentes; quodqꝫ miniſtri; cuſtodes; guardiani ⁊ alij ipſius ordinis prelati predicti corporales ⁊ temporales ſeu alias penas pro non obſeruatione dictorum ſtatutorum ſecundum qualitatem perſonarum locorum ⁊ temporum ⁊ alias prout videbitur ſaluti animarum fratruꝫ eorundem in domino expedire: ferre ⁊ promulgare ac delinquentes ab illis abſoluere valeant. Non obſtantibus ſtatutis: ordinationibus ⁊ declarationibus premiſſis: quibus quoadhoc expreſſe derogamus ac conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis: necnon alijs ſtatutis et conſuetudinibus dicti ordinis etiam iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis alia firmitate roboratis contrarijs quibuſcūqꝫ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre reuocationis: annullationis; ſtatuti: decreti ⁊ derogationis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum Petrum: anno incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo kl's decembris Pontificatus noſtri Anno Decimo.

*nota* — *ano 1481*

Nicolaus 4ᵒ cōcedit facultatē miniſtris et cuſtodibus inſtituēdi procuratores et ſindicos.

*1290*

NIcolaus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratruꝫ minorum: Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Religionis fauor ſub qua virtutuꝫ domino deſeruitis ⁊ fructus vberes qui ex veſtris laboribus in eccleſia vniuerſali diuina gratia cooperante prouenient nos inducunt: vt illa vobis fauorabiliter concedamꝰ: per que veſtri ordinis pura obſeruantia in ſui vigore ſeruetur: dictiqꝫ ordinis profeſſores qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri: excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus liberius ⁊ quietius diuinis vacēt obſequijs ⁊ officijs: ac offerentiū: donantiū ⁊ concedentium aut in vltima voluntate relinquentiū ordini predicto vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid propter deū: pia intentio non fraudetur: ac illorum qui propter deum ad ipſos reuerentiam non habentes: eos preſumunt in perſonis vel rebus indebite moleſtare audacia refrenetur. Ea propter nos ſollicitudini qua predictus ordo pro ſuis neceſſitatibus quotiens ingrueret neceſſitas vel vtilitas ſuaderet recurrere ad romanam eccleſiam cogeretur: ad quam omnium rerum mobilium ⁊ immobilium quibus fratres ipſi vti poſſunt: ius proprietas ⁊ dominium nullo medio ſpectat; penſata incomoditate ſeu difficultate que per hoc ingeri poſſet fratribus ſupra-

dictis benignius indulgẽtes. Volẽtes quoqȝ heredum ⁊ executorum negligentijs ⁊ moleſtatorum ipſorum fratrum inſolentijs obuiare: vt fratres ſecundum modos licitos ⁊ congruos ipi ordini: relictis ſibi in teſtamentis ⁊ elemoſynis non fraudentur eiſqȝ de iniuriatoribus ipis exhibeatur iuſticie complementũ: ac ſperãtes ꝙ his que pro ſtatu proſpero dictorum fratrum ⁊ ordinis augenda fuerint per nos eo ſalubriꝰ ⁊ vtilius conſuletur: quo maiori fueritis in hac parte auctoritate muniti: diſcretioni veſtre de qua plenam in domino fiduciam obtinemꝰ: ſpeciales perſonas que non ſint de ipſo ordine nominandi pro locorum ⁊ fratrum indigentia ſingulorũ quas perſonas per vos taliter nominatas: in his adminiſtrationẽ legitimam generalē ⁊ liberã gerere ⁊ ipos veros adminiſtratores ⁊ legitimos procuratores yconomos ſindicos ⁊ actores eſſe de plenitudine poteſtatis preſentiũ auctoritate cõſtituendo decernimus: qui res ipſas ⁊ ipſarum rerum precium ⁊ predictas elemoſynas nomine ipſius eccl'ie recipiãt per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates prout eis licet ex regula vel ex declaratione regule cõuertenda ſicut ⁊ quando a te fili generalis ⁊ ſingulis alijs veſtrũ in prouincia vel cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti: ac eedem ꝑſone petẽdi: exigendi: recipiendi: aliuiãdi predicta trãſigendi quoqȝ ⁊ paciſcẽdi: conueniẽdi: impetrandi litteras apoſtolicas vel alias: iuſticiam vel gratiã continentes in iudices ⁊ loca conueniendi ⁊ recuſandi: compromittẽdi ⁊ remittẽdi: refutandi quietationes: faciendi agendi: defendendi ac in animas eorum de calumnia et veritate dicenda iurandi: ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ generis iuramentũ preſtãdi: ſententiã ſeu ſententias diffinitiuas ſeu interlocutorias audiẽdi: necnon appellandi appellationis ſeu appellationũ cauſas proſeqnẽdi: cũ illis ⁊ contra illos qui huiuſmodi res mobiles vel immobiles aut precium earum vel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occuparent vel violẽter auferrent: ſiue contra voluntatẽ fratrũ quomodolibet detinerent: ſeu ipſis in ꝑſonis vel rebus aliquas iniurias irrogarent: ⁊ generaliter in omnibus cauſis pro rebus ⁊ locis huiuſmodi ad ipſaȝ eccleſiam ſpectãtibꝰ ipſorum fratrũ vſui conceſſis: necnon pro predictis iniurijs ⁊ violẽtijs: imunitatibꝰ: libertatibus ac iuribꝰ ⁊ priuilegijs corũdem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis ⁊ cautionis onere plenam liberã generalem auctoritatẽ ap'licã in iudicio ⁊ extra iudiciũ poteſtatẽ reuocandi quoqȝ perſonas eaſdem ⁊ earũ quãlibet ac alias eis ſubrogandi vel nominandi per ſupradictũ modũ nominationis quotiẽs opportunuȝ fuerit qui eãdem in predictis vel ſimilem habeãt poteſtatẽ plenã vel liberam concedimꝰ auctoritate preſentiũ facultatem. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nr'e conceſſionis vel cõſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotẽtis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud vrbem veterem decimo kl's ſeptembris pontificatus noſtri Anno Tertio.

Ioannes epūs seruus seruoꝝ dei/dilectis in xp̄o filijs generali ⁊ ꝓuincialib⁹ ministris ac vniuersis custodibus guardianis ⁊ singulis fratribus de ordine fratrū minorū Salutem ⁊ apostolicam benedictionem: filiationi vestre indulgentias ordini vestro concessas per predecessores nostros ⁊ per nos facimus manifestas ⁊ confirmatas sicut inferius annotantur: videlicet in festiuitatib⁹ beate marie virginis beatorum francisci: antonij: ludouici ⁊ beate clare in consecrationibus ecclesiarum altariūq; ⁊ vocabulis earum ⁊ per octauas: est data indulgentia decem annorum ⁊ dierum quinquaginta a summis potificibus: videlicet alexandro quarto: innocentio quarto: clemente quarto: vrbano quarto: nicolao tertio: gregorio nono: nicolao quarto. Idem alexāder quartus omnibus accedentibus ad loca vestri ordinis siue ad audiendum verbum dei siue ad audiendam missas beate marie virginis vel beati francisci dum cantantur dedit indulgentiam centū dierū. Idem etiam papa omnibus visitantibus loca fratrum minorum dedit indulgentiam quadraginta dierū. Idem innocentius quartus pro eadē causa dies quadraginta. Item idem innocentius omnibus porrigentibus manus adiutrices fratrib⁹ minoribus siue in domibus eorū siue euntibus per viam quadraginta dies. Item nicolaus tertius pro eadē causa dies quadraginta. Item clemens quartus pro eadem causa dierū centum. Item eisdem omnib⁹ visitantibus ecclesias fratrum minorum totiens quotiēs causa deuotionis octoginta dierū. Item fratres dicti ordinis in omnibus predicationibus suis extra domum suam possint dare octoginta dies indulgentie: in domibus autem suis centum vltra predictas indulgentias. Item nicolaus quartus in missarū solennijs beate virginis ⁊ beati francisci dedit indulgentiam centum dierum. Item benedictus vndecimus accedentibus ad loca fratrum minorum in solennitatibus eorum centum dies. Itē nicolaus quartus dedit indulgentiam vnius anni ⁊ dierum quadraginta accedentibus ad loca predictorum fratrum causa deuotionis. Item omnibus accedentibus ad loca vestri ordinis causa deuotionis quocunq; tempore die vel hora licet non sit aliquod festum concessa est indulgentia a pluribus romanis pontificibus annorum duorum ⁊ dierum quadraginta. Nos igitur vestris pijs precibus inclinati salutem ⁊ profectum animarum benignius intendentes: de omnipotentis dei misericordia ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli apostolorum eius quorum vicem licet immeriti gerimus auctoritate confisi: easdem omnes indulgentias vestro ordini per predictos nostros predecessores concessas omnibus vere penitentibus ⁊ confessis concedimus ⁊ confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionum ⁊ cōfirmationum infringere vel ei ausu temerario cōtraire: siquis autē hoc

Joannes 22⁹ ꝯfirmat indulgentias a suis predecessorib⁹ ordini concessas.

diez años y cinqta días

ano 1331

attentare preſumpſerit indignationem oīpotentis dei ꝛ beatorum petri ꝛ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſuruꝫ. Datum auinione pōtificatus nři Anno quinto decimo.

Bñdictus.xi. ꝯcedit exẽptionẽ copioſaꝫ ordinarioꝝ vt bonifacius viij. ꝛ nicolaꝰ quartus

ano 1304

Benedictus epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali ꝛ ꝓuincialibꝰ ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Salutem ꝛ apoſtolicam benedictionem. Inter ceteros ordines quos celeſtis agricole ſumma benignitas in horto plantauit eccleſie: fratrū minorum ordinē iam per orbis ꝓuincias ſuperna gratia ꝓpagante diffuſum: dum minori fungeremur officio ſincera charitate dilexerimus: ad ſtatum eius feliciter ꝓmouendū ſollicitis ſtudijs intendentes: nec minuit vtiqꝫ ſed auxit potius circa ipſum prehabite dilectionis affectum perſone noſtre ſubſecuta promotio ad apicem apoſtolice dignitatis: cum tanto ꝓpenſius ad ipſius ordinis intendamꝰ augmentū: quanto nobis facultas preſtantior quāqꝫ noſtris non exigētibus meritis noſcitur celitus attributa. Licet igitur nōnulli romani pontifices ꝑdeceſſores noſtri prefatum ordinem a prelatoꝝ iuriſdictione quorūlibet prorſus exemerint: ipſumqꝫ fore decreuerint per ipſorum litteras ſpeciales exemptuꝫ Nos tamen ordinem ipſum ob ſalutis fructus innumeros qui ex ipſo noſcuntur animabus fidelium prouenire gerentes in viſceribus charitatis. Et propterea nolentes omnino vt quiſquam cuiuſcūqꝫ ſit ordinis dignitatis conditionis aut ſtatus vos generaliter vel ſpecialiter ac prefatum ordineꝫ ſuper exemptionem ipſius ac alijs veſtris dicti ordinis libertatibus ꝛ immunitatibus quibuſcūqꝫ ſub quauis forma vel expreſſiōe verborum vobis ꝛ eidem ordini ab apoſtolica ſede conceſſis: impugnare impedire ac turbare valeat: vel quomodolibet moleſtare: vos ꝛ ordinem ipſum ab oīum ꝛ ſingulorum quorūlibet prelatorum ꝛ perſonarū eccleſiaſticarum oīmoda poteſtate ac iuriſdictione prorſus eximimꝰ de apoſtolice plenitudine poteſtatis. ita ꝙ nec etiam rōne delicti ꝯmiſſi vel initi contractus aut rei ſite poſite vel exiſtentis contra loca veſtra exempta poſſitis coram eis non obſtante conſtitutione felicis recordationis Innocencij pape quarti predeceſſoris noſtris in contrariuꝫ edita impeti moleſtare ſeu quomodolibet contra venire: decernentes vos ꝛ ordinē ipm̄ immediate eidem ſedi ac ſoli tantūmodo romano pontifici ſubiacere. Eccleſias inſuper oratoria domos ac loca que tenetis ꝛ inhabitatis ad preſens ac tenebitis ꝛ inhabitabitis in futurum dum ꝛ quotiens vos illa tenere : ꝛ inhabitare contigerit: exempta prorſus exiſtere nulloqꝫ medio ſedi ſubeſſe decernimus prelibate. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginam noſtre exemptionis decreti derogationis ꝛ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autē hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei ꝛ beatorum petri ꝛ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum rome apud ſanctuꝫ petrum quarto nonas aprilis pontificatus noſtri anno primo

Gregorius epus ſeruus ſeruorũ dei. Venerabilib⁹ fratribus archiepis ⁊ epis ac dilectis filijs abbatib⁹ prioribus decanis archidiaconis plebanis archipſbyteris ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̄latis ad quos litere iſte peruenerint, Salutẽ ⁊ aplicam bñdictionẽ. Qm̃ abundauit iniquitas ⁊ refriguit charitas plurimoꝝ: ſacrũ ordinez dilectoꝝ filioꝝ fratrũ minoꝝ domin⁹ ſuſcitauit qui nõ que ſua ſed que ſunt xp̄i querẽtes tam cõtra ꝓfugandas hereſes quã cõtra peſtes alias mortiferas extirpãdas ſe dedicauerũt euãgelizationi verbi dei in abiectione voluntarie pauptatis. Nos igitur ſanctũ eoꝝ ꝓpoſitum ⁊ neceſſarium miniſteriũ fauore beniuolo ꝓſequẽtes: vniuerſitati veſtre affectuoſe duximus cõmẽdãdos charitatẽ veſtrã rogãtes ⁊ exhortantes in dño ac ꝑ aplica vobis ſcripta mãdantes: quatenus dilectos filios fratres ordinis memorati pro reuerentia diuina ⁊ noſtra ad officium predicandi ad quod ſunt ex ꝓfeſſione ſui ordinis deputati: benigne recipere ꝓcuretis ac populos vobis cõmiſſos vt ex ore ipſoꝝ verbi dei ſemen deuote ſuſcipiant admonentes: etiã in ſuis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtatis, nec impediatis quo min⁹ illi qui ad predicationẽ eoꝝ acceſſerint: tunc eoꝝ ſacerdotibus valeãt cõfiteri: quatenus ad p̄dicta ſuſcipienda vr̄is exhortatiõibus preparati: tanq̃ bona ⁊ fructifera terra pro vitiorum tribulis incipiant ſegetes germinare virtutũ: ⁊ dicti fratres per cooꝑationẽ vr̄am ſuſcepti miniſterij curſum feliciter conſumãdo: optatuz reportent ſui laboris fructũ ⁊ finem ſalutez videlicet aĩaꝝ. Quia vero ſepe vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrãt: ⁊ angelus ſathane in angelũ lucis ſe plerũq̃ ſimulate transformat: p̄ntium auctoritate vobis mãdamus quatenus ſi qui de predictoꝝ fratrum ordine ſe dicentes in veſtris partibus predicauerint: ad queſtum pecuniarum ſe conuertendo ꝑ qd̄ religionẽ ipſorum qui paupertatem profeſſi ſunt contingeret infamari: vos tanq̃ falſarios capiatis ⁊ condemnetis eoſdem. nulli ergo ⁊c̃. Datum viterbij. xj. kl's. Junij pontificatus nr̄i Anno vndecimo

Gregorius. ix. q̄ p̄lati eccl'iarum debẽt fratribus p̄dicãtibus neceſſaria miſtrare ⁊ populũ eius ꝯuocare ⁊ q̄ tunc poſſunt ꝯfeſſiones audire.

ano 1238

Innocenti⁹ epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus ordinis fratruz minorum. Salutem ⁊ apoſtolicaz bñdictionem. Cum iam per eius gratiam q que mund⁹ abominat̃ aſſumit: veſtri ordinis titul⁹ adeo ſit inſignis: q̄ vix creditur ab his qui contra vos litteras impetrant ſine malicia ſubticeri: Nos ⁊ illorum obuiare fraudibus ⁊ veſtram innocentiam fauorabiliter confouere volentes: auctoritate preſentium vobis indulgemus: vt nequeatis per lr̄as apoſtolicas conueniri que de hac indulgentia ⁊ veſtro ordine mentionem non fecerint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis ⁊ indulti infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloruz eius ſe nouerit incur

Innocentius. q̄ frẽs nõ poſſint ꝯueniri ab aliquo niſi facta mẽtiõe huius bulle.

ſarum. Datum laterani vndecimo kl's: decembris pontificatus noſtri Anno, primo.

## Generale decretum ſacri concilij conſtancieñ. cõſulte ſalubriterqꝫ ſeparãs fratres minores ď obſeruãtia ab alijs fratribus conuentualibus.

Generale decretuꝫ ſacri cõcilij ꝯſtancieñ. cõſulte ſalubriterqꝫ ſeparãs fratres minores de obſeruãtia ab alijs.

SAcroſancta conſtancieñ. ſynodus. Dilectis eccleſie filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ceteriſqꝫ ordinis minorum prelatis ac fratribus, Salutem ⁊ omnipotentis dei benedictionem. Supplicationibus perſonarum que voto religionis ſunt aſtricte illis preſertiꝫ libenter annuimus: quos ad finẽ tendere conſpicimus per quem perſone ipſe ſub placida tranquillitate iuxta ſuam profeſſionem quieſcant: ac ſeduluꝫ ⁊ tranquilluꝫ in humilitatis ſpiritu domino valeant reddere famulatum. Nuper ſiquidem pro parte religioſoruꝫ virorum guardianorum ⁊ fratrum veſtri ordinis conuentuum videlicet ď ſancto andomaro morinenſis de ſagio. ſagienſis de varenis remenſis de dola. biſuntinenſis de lauale. gondonis cenomanenſis de elecio: nanetenſis de ambaſia: turonenſis de ſancto ioanne: angliacenſis xantenſis de brichorio de toleto: ⁊ fontiniato comitis maleacenſis dioceſum infra prouincias burgundie ⁊ turonie iuxta modum dicti ordinis exiſtẽtium. Nobis humiliter ſupplicatio preſentata continebat: ꝙ diuina operante clementia. His tẽporibus nouiſſimis regularis obſeruantia veſtri iam dicti ordinis in prefatis conuentibus inceperat vigere. ſed varijs obſtantibus impedimentis per miniſtros ⁊ cuſtodes illarum ꝓuinciarum eis prefitis: in ipſa obſeruantia non mediocriter impediebãtur: quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant, humiliter ⁊ deuote ſupplicantes: quatenus eis de remedio opportuno prouidere dignaremur. Eorum igitur ſupplicationi tanqꝫ iuſte benigne annuentes cupientes ſcandala queqꝫ de medio ordinis veſtri tollere atqꝫ vnitate in eo conſeruata fratres in pacis dulcedine confouere: ſtatuimus ⁊ decreuimus eiſdem ſupplicationibus fore prouidendum ⁊ de facto tenore preſentium prouidemus eis iuxta formam per reuerẽdiſſimos patres dominos videlicet iordanum epiſcopum albanenſem de vrſinis ipſius ordinis protectorem. Et petrũ tituli ſancti chriſogoni preſbyterum cameracenſem vulgariter nuncupatum ſancte eccleſie romane cardinales ⁊ alios ex parte huius ſacri concilij ſuper hoc ſpecialiter deputatos: ordinatam ⁊ traditam atqꝫ per religioſum virum fratrem Joannem de rocha in ſacra pagina profeſſorem ⁊ vicarium in preſenti concilio cui miniſter generalis vna cum pluribus alijs magiſtris ⁊ diſcretis fratribus ordinis veſtri ex vna parte: ⁊ fratres dictos conuentus

repreſentantes ex alia concordatam: videlicet q̄ fratres predictorū conuentum de cetero quouſq; aliud ſuper hoc per ſacrum generale concilium ordinatum fuerit: poſſint ⁊ valeant quilibet in ſua prouincia eligere de predicta ſtricta obſeruantia vnum fratrem idoneum quem in ſcriptis miniſtro illius prouincie preſentatum: ipſum dictus prouincialis miniſter infra triduum poſt huiuſmodi preſentationem ſuum vicarium cōſtituere debeat ad ipſos regendum in ſolidum loco ⁊ vice eius: ⁊ eis prouidendum in omnibus quibuſcunq; ⁊ ipſis modis quibus ipſe prouincialis miniſter prouidere poſſet eis: ita q̄ de ipſorum fratrum regimine in nullo ſe poſſint intromittere dicti prouinciales vel cuſtodes ſed ad ipſos vicarios cura ⁊ correctio eorum omnino pertineat: excepto q̄ ad ſue ſuperioritatis cognitionem miniſter prouincialis poſſit ſi voluerit ipſos viſitare in propria perſona ⁊ tunc punire de conſenſu maiorum ⁊ diſcretorum conuentus in quo fiet hec viſitatio quicquid punitionis repperit dignum: quem ſi conſtituere renuerint predicto modo: extunc eiuſdem preſentati conſtitutio ad vicarium miniſtri generalis inferius annotatum deuoluatur ⁊ pertineat abſolute: qui quidem vicarij huiuſmodi trium prouinciarum poſſint ⁊ debeant vna cum fratribus diſcretis ſibi ſubditis forma ſolita in electionibus ordinis preſeruata: inſimul eligere intenſe vnum alium fratrem ad hoc ſufficientem ⁊ idoneum pro eorundem vicariorum correctione ⁊ totius huius ſtricte obſeruantia. Jn predictis prouincijs meliori regimine quem per eos in ſcriptis miniſtro generali ordinis qui erit pro tempore preſentatum humiliter ipſum miniſter generalis ſuper illos ſuum vicarium conſtituere infra triduum poſt illam preſentationem benigne debeat: ⁊ charitatiue alioquin ipſo triduo tranſacto: ſit ⁊ habeatur vicarius ipſius generalis auctoritate huius ſacri concilij conſtitutus: qui quidem vicarius generalis in ſua congregatione vel alias ſolus poſſit debeat: vicarios prefatos quotiens opus fuerit punire. ⁊ fratribus alijs ſibi ſubditis prouidere in omnibus quibuſcunq; caſibus quibus miniſter generalis eis potuiſſet prouidere: ne ipſos vt ſepius contingit quotiens miniſtro generali indigent longius opporteat euagari. Et pro hac vice prima conſtituimus in prefatum miniſtri generalis vicarium fratrem Nicolaum Radulphi apud nos de hac laudabili obſeruantia prouidentia ac diligentia ſolerti multipliciter commendatum: quē volumus poſſe deponi quotiens vicarijs ⁊ alijs fratribus diſcretis ſepedictis videbitur expedire. Poſſit tamen generalis miniſter qui eſt ⁊ qui erit pro tempore: ipſos fratres ⁊ conuentus in ſua perſona quotiens voluerit viſitare prelibato vicario non obſtante ⁊ punire ſi quid in dicta viſitatione puniendum repperit ſicut moris ē in ordine ⁊ alias facere cōſueuit. Verūtn̄ nō intēdim⁹ q̄ p̄fati vicarij ꝓpter mortē depoſitionē ſeu mutationē illoꝝ quoꝝ vice fūgēt: poſſint a ſuis officijs remoueri vel in eis ipediri: niſi ſup hoc aſſenſus maiorū

Attēde qd poſſit miniſter p̄uīcialis ī fratres obſeruantie.

Prim⁹ vicarius general' obſeruantie

De ſupioritate miniſtri generalis in frēs obſeruantie.

vel diſcretorum ſibi ſubdictorum prius interuenerint: ad quos ſemper
eos deponere ⁊ alios eligere ante dictis generali ⁊ prouincialibus mi-
niſtris preſentare modo ⁊ forma premiſſis quotiens fuerit opportunū
volumus ⁊ decernimus pertinere. Inſup poſſit ⁊ debeat ipſe vicarius

Attēde. ꝙ daṫ facultas tollē- di ſupflua con uentus ⁊c̄. ⁊ ꝑ aliquos fide- les ⁊ amicos ꝺ illis diſponere cōuertendo in operibus.

generalis ⁊ ſui ſucceſſores conuentus ſibi ſubditos ad ſtatum dicte ſtri-
cte obſeruantie conſonum: iuxta declarationes ⁊ ſtatuta ſedis apoſto-
lice ⁊ ordinis reducere: tollendo quaſcunqꝫ ſuperfluitates ſiue ſint in re-
bus mobilibus vel immobilibus quantum fieri poterit bono modo ha-
bito ſemper conſilio maiorum ⁊ diſcretorum ſibi obedientium. Eligen-
do ſi opus eſt aliquos fideles qui ipſas ſuperfluitates auctoritate hu-
ius ſacri concilij vendant cōmutent aut alias in operibus conuertant.
Inſuper ſtatuimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli conuentus predictarum prouin-
ciarum quotiens maiori vel ſaniori parti fratrum in eis exiſtentiuꝫ pla-
cuerit: ad hanc ſtrictam obſeruantiam reducere ſe: ⁊ vicarijs ante di-

Modus refor mandi cōuen- tus ꝯuētualiū

ctis ſe ſubdere hoc libere facere poſſint: ⁊ etiam ſinguli fratres cuiuſcū-
qꝫ conuentus contradictione cuiuſcūqꝫ non obſtante a quorum vicario
rum obedientia ⁊ ſubiectione nullus poſſit exire ſine ſpeciali licentia vi-
carij generalis ante dicti: non tamen per hoc intendimus ꝙ fratres ⁊
conuentus qui voluerint: poſſint ſcd̄m hanc ſtrictam obſeruantiam vi-
uere manendo immediate ſub cura miniſtrorū prouincialium: exceptis

In quo cōuē- tu incepit obſ uantia.

tamen prenominatis conuentibus ⁊ conuentu de mirabello pictauen-
ſis diocesis quem volumus expreſſe ⁊ ordinamus cure ⁊ regimini pre-
dictorum vicariorum ſubeſſe ⁊ ex cauſa vt ſicut in eo hec ſtricta regula-
ris obſeruantia in partibus illis ſumpſit exordiū: ita in illo tanqꝫ in alio-
rum ſpeculo ſemper eluceſcat. Ceterum cum iuxta ſniam ſapientis vo-
latilia ad ſibi ſimilia habitualiter conueniant. Statuimus ꝙ quando
huiuſmodi obſeruantes peregrinatiōis ſtudio vel alias per mundū pro-
ficiſcentur: ad loca ⁊ conuentus cōitatis ordinis declinent ſi voluerint
Ad alia vero loca fratrum in obſeruantia ſibi ſimilium ſemper declina-
re teneantur iuxta qđ in ſtatutis ordinis continetur. Inſuper quilibet
prouincialis miniſter prouinciarum premiſſarum: vicario generali ſe-
pe dicto pro preſenti duos conuentus in ſua prouincia fideliter aſſignet
aptos ad manenduꝫ. munitos libris alijſqꝫ rebus pro cultu diuino quo-
tiens ab eodem vicario per lr̄as aut alias in ſuo prouinciali capitulo
fuerit requiſitus eligendos per ipſam prouincialem: ita ꝙ propter hāc
aſſignationem mobilia quecunqꝫ dictis conuentibus pertinentia: quo-
modocunqꝫ ſit non debeant abigi ſeu ſegregari ſcd̄m diſpoſitioneꝫ pro-
tectoris ordinis veſtri. ⁊ ſi contigerit ꝙ miniſtri prouinciales cuſtodes
vel alij expulerint vel eiecerint fratres huiuſmodi obſeruantie ab aliquo
ſeu aliquibus conuentuum predictorum: a quindecim menſibus citra
violenter: ⁊ alios loco eorum inibi collocauerint: vel mobilia ad ipſos
conuentus ſeu aliquem ipſorum ſpectantia deportauerint: volumus ⁊
mandamus diſtricte predictos fratres indilate recedere ⁊ exire de di-
cto conuentu. Mandantes tenore preſentium prelibato vicario gene-
rali quatenus auctoritate noſtra omnibus modis quibus fieri poterit

honeſte ⁊ licite ipſos exire ⁊ predicta bona reſtituere compellat per cē- ſuras eccleſiaſticas: ⁊ alios fratres ⁊ ſubditos ſuos ibidem denuo collo cando omnibus quibuſcunqꝫ diſtricte prohibentes ne quis eum ſuper hoc impedire preſumat ſub excōmunicationis pena: ſed magis ei pre- beat vnuſquiſqꝫ requiſitus auxiliū ⁊ iuuamen. Statuentes vlterius ne fratres huiuſmodi obſeruantie fiant capellani honoris vel maneant cō tinue in domibus ſecularium cauſa confeſſionis vel alias citra tamen aliorum fratrum veſtri ordinis preiudicium; ne forſan freno obedien- tie laxato vel conuerſatione, feruor deuotionis eorum tepeſcat. ¶ Preci- pimus inſuper ⁊ mandamus diſtricte in virtute obedientie ſancte om- nibus ⁊ ſingulis fratribus conuentuum predictorum ⁊ alijs in futurum ſub cura ⁊ regimine predictorum vicariorum conſtitutis ſiue conſtituen dis: quatenus ipſis vicarijs firmiter obediant ⁊ pareant cum effectu in omnibus in quibus fratres illius ordinis ſuis generali ⁊ prouincialibꝰ miniſtris obedire debent. Ceterum cum predicta ſint de voluntate par- tium ſicut prefertur per nos ſtatuta ⁊ ordinata: diſtrictius inhibemus omnibus ⁊ ſingulis miniſtris ⁊ cuſtodibus qui ſunt ⁊ erunt in futurum ac alijs fratribus veſtri ordinis: ne occaſione controuerſie prius ſuper his mote aut proſecutionis in preſenti cōcilio facte ſeu alia quauis cau ſa: fratres d̄ hac obſeruantia preſentes vel futuros inquietent: moleſtēt vel affligant: ſeu eorum vicarios vel de ſecta noua ſeu reprobata quo- modolibet vocent. ¶ Nec etiam fratres dicte obſeruātie alios fratres ve ſtri ordinis nec elemoſinas vel oblationes ſibi dandas impedire preſu mant: ꝙ ſi de cetero alij alijs facto circa premiſſa vel eorum aliquod hinc inde iniuriati fuerint: manus violentas in eis ponendo: eos incar- cerando arreſtando libris ſpoliando aut alias maculam hereſis falſe imponendo: ſententiam excōmunicationis ipſo facto incurrant iniuriā tes: a qua non poſſint articulo mortis excepto abſolui: niſi per eum car- dinalem qui pro tempore huius ordinis erit protector. De ceteris leuio ribus iniurijs verbalibus omnes quiqꝫ fuerint in hoc culpabiles de- prehenſi: puniantur per eorum prelatos. Circa premiſſa ſententiarum fulminatiōibꝰ aut appellatiōibꝰ interpoſitis ⁊ lrīs felicis recordatiōis alexandri pape quinti ⁊ eaꝝ ↄfirmatiōibꝰ nō obſtātibus: quas tenore preſentium reuocamus caſſamus ⁊ anullamus ac nullius roboris vel momenti declaramus: ⁊ alijs quibuſcunqꝫ ſtatutis apoſtolicis vel hu- iuſmodi ordinis in contrarium editis non obſtantibus. Datum conſtā tie. Nono kl'ſ octobris: Anno a natiuitate domini milleſimo quadrin- genteſimo quartodecimo apoſtolica ſede vacante.

¶ Ne frēs obſeruantie fiant capellani.

Pius epūs ſeruus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſce pti cura regiminis ⁊ auctoritas officij pontificalis indu cit vt circa ea per que religionis ſtatus atqꝫ integritas conſeruetur ⁊ opitulante altiſſimo augeantur: quantum cum deo poſſu mus fauorabiliter intendamus. Ad conſeruationem itaqꝫ ordinis fra-

¶ Piꝰ papa ſecūdꝰ ꝙ nullus frater regularꝫ obſuātie poſ- ſit viſitare ſe- pulchꝝ dñi vł alia loca hiero ſolimitana ⁊ ſi ad hec obtinu erit licentiam a ſede aplica niſi de cōſenſu ſuoꝝ p̄latoꝝ.

trum minorum ſancti franciſci de obſeruantia nuncupatorum eiuſq̃
regularis obſeruantie. ⁊ vt vagantibus ⁊ fugitiuis fratribus atq̃ alijs
ſpiritum libertatis exquiſitis medijs querere ſatagentibus: omnis eua
gandi tollatur occaſio. ⁊ malicijs hominum obuictur: auctoritate a
poſtolica tenore preſentium ſtatuimus ⁊ ordinamus atq̃ decernimus.
q̄ omnes ⁊ ſinguli eiuſdem obſeruātie pfeſſores q a ſede aplica viſitādi
ſepulchrū dñicū ⁊ alia loca ſcā hieroſolimitana ſeu alia loca vltra mon
tana hacten⁹ licentiam obtinuerūt: vel īpoſterū obtineāt: niſi ad id ſuoꝝ
p̄latoꝝ ꝯſenſus accedat. ⁊ iuxta ipi⁹ ordinis regularia inſtituta ad hoc
reputēt idonei: licentia hmōi minime vti poſſint: neq̃ illi⁹ obtētu ad p
tes hieroſolimitanas aut loca p̄dicta trāſfretare ſede eos ſubijci volu
m⁹ regularib⁹ diſciplinis. ꝑpterea volum⁹ atq̃ decernim⁹ q̄ p̄textu cu
iuſuis licentie aut ꝯceſſiōis etiā ꝑ nos vel ꝑ ſedē aplicam generaliter vl
ſpecialiter cuicūq̃ conuentui aut regulari vel ſeculari loco aut alteri ſin
gulari perſone ſub quacūq̃ forma vel exp̄ſſione verboꝝ hactenus facte
⁊ conceſſe ſeu impoſterum concedende aut fiende: etiā ſi talis fuerit q̄
de eius tenore ⁊ nomine ac cognitione conuentus loci ſeu perſone cui
conceſſa ſit ſpecialis ſpecifica ⁊ expreſſa mentio habenda fuerit cui etiā
ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus. ac nullam ⁊ inualidam nulliuſq̃ ro
boris vel momenti perpetuo eſſe declaramus nullus ſiue prelatus. aut
conuentus ſeu loci huiuſmodi preſidens aut ſingularis perſona tam
eccleſiaſtica q̃ mundana tam regularis q̃ ſecularis quocunq̃ nomine
⁊ quacunq̃ dignitate fungens recipiat aut recipere faciat audeat vel
preſumat aliquem ex fratribus dicte obſeruantie recedentem ex aliquo
ꝯuentu ſiue loco: niſi ipſe frater de licentia ſui ſuperioris prelati in ſcri
ptis conceſſa ⁊ facta receſſerit: in qua de loco vnde receſſit ⁊ de perſona
ſiue loco ad quem accedere voluerit ſpecialis ⁊ expreſſa mentio fiat. nec
non ipſos fratres ſic receptos ſine licentia huiuſmodi ad ſuos prelatos
reduci ⁊ remitti debere: ac eis eorundem prelatorum correctioni ⁊ obe
dientie ſubijci. ⁊ renitentes ⁊ ipſos retinentes aut auxilium conſilium
vel fauorem preſtantes: penas in litteris tam noſtris q̃ felicis record
tionis eugenij pape quarti predeceſſoris noſtri ſuper hoc editis senten
tas incurrere volumus ⁊ decernimus eo ipſo necnon irritum ⁊ inane
quicquid ſecus factum per quoſcunq̃ aut quomodolibet attentatum
fuerit. premiſſis ac licentijs ⁊ conceſſionibus conſtitutionibus ⁊ ordi
nationibus apoſtolicis ⁊ conſuetudinibus dicti ordinis ceteriſq̄ con
trarijs non obſtantibus quibuſcunq̄. Nulli ergo omnino hominū lice
at hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis decreti declarationis
voluntatis derogationis inſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem
omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe noue
rit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum Anno incarna
tionis dominice: milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo. vn
decimo. kl's februarij pontificatus noſtri Anno quinto.

Nicolaꝰ q̄rtuſ ꝓhibet fr̄ibus minoꝛibus cũ tibus ad alios oꝛdines licentia petita vel ñ petita, ne poſſint habere ꝓ latura3 vel ad miniſtratiões.

1278

Nicolaus epũs ſeruus ſeruoꝛũ dei. Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus oꝛdinis fratrum minoꝛum. Salute3 ⁊ apoſtolicam benedictionem. In veſtri oꝛdinis regula per ſedem apoſtolicam confirmata inter cetera continetur ꝙ eam pro- feſſis de ipſa egredi nullo modo licebit: nec vobis licentiandi ⁊ abſo luẽ di ab oꝛdine ipſo poteſtas tribuitur ex regula predicta. Sed nonulli oꝛ- dinis veſtri fratres poſt factam in ipſo profeſſionem ab eis in firmi tate mentita ⁊ alijs confectis mendacijs ac per malignitatis aſtutias occaſionibus varijs adinuentis ⁊ ambitionibus creſcentibus in eiſdẽ: a ſuperioꝛibus ſuis interdum exeundi de oꝛdine ipſo licentiam poſtu lant eandemq3 obtinent ab eiſdem. Interdum vero illicentiati exeunt de eadem ad alios conuolantes, in quibus dignitates prelaturas ⁊ of ficia aſſumunt: non ſine proprie ſalutis diſpendio. ⁊ derogatione non modica honeſtati oꝛdinis memoꝛati. Nos itaq3 volentes huic moꝛ- bo congrue medele remedium adhibere ac animarum obuiare pericu lis, ⁊ euagandi materiam amputare: auctoꝛitate apoſtolica ſtatuimus ⁊ etiam oꝛdinamus, vt fratres veſtri oꝛdinis qui poſt profeſſionem ab eis in ipſo oꝛdine factam ad quoſcunq3 oꝛdines profeſſionis cuiuſlibet petita vel non petita: obtenta vel non obtenta a ſuis ſuperioꝛibus li- centia immediate vel per alium ſeu alios oꝛdines mediate tranſiue- runt iam. vel trãſiuerint: in oꝛdine ſiue in oꝛdinibus ad quẽ vel ad quos tranſitum habuerunt aut eos imposterum habere contigerit vel etiam extra illos: ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam animarum habentia: nec etiam ad aliquam dignitatem vel prelatu- ram ſeu perſonatum quoquomodo poſſint aſſumi abſq3 apoſtolice ſe dis ſpeciali ⁊ expreſſa licentia per ipſius ſedis patentes litteras con- cedenda, facientes plenam certam ⁊ determinatam de ſtatuto ⁊ oꝛdi- ne huiuſmodi mentionem. Nos enim nihilominus exnunc irritum ⁊ inane decernimus ſi ſecus in hac parte fuerit attentatum. Nulli er- go omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti oꝛdinationis ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis au tem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatoꝛum petri ⁊ pauli apoſtoloꝛum eius ſe nouerit incurſurum. Da- tum rome ſecundo idus maij pontificatus noſtri Anno ꝓmo.

Eugeniꝰ q̄rtꝰ. ꝯcedit vicario gñali ꝙ poſſit frẽs ſibi ſubdi tos ꝯuocare i locum diſpoſi tum ⁊ ſtatuere ⁊ oꝛdinare q̄ vi dent expedire

Eugenius epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilecto filio fratri ioanni de mauberto oꝛdinis minorũ qui dicũtur de obſeruantia regulari partiũ vltra montanoꝝ vicario generali: ſalutem ⁊ apoſtolica3 bendi ctionem. Cupimus ⁊ quantũ nobis fuerit ex alto conceſſum intendimꝰ oia facere per que fratres tue cõmiſſe cure multos meſſis manipulos

in horreum dñicum perferant. Volumus itaqꝫ ⁊ mandamus tibi vt cõ
uocatis ad te omnibꝰ vicarijs tibi ſubiectis alijſqꝫ tui ordinis fratribꝰ
de quibus tibi videbitur ac vicarijs antedictis in locũ per te ipſum de-
putandũ ſed idoneũ ⁊ tollerabilem omnibus: quibus ſic cõgregatis vi-
carijs ⁊ fratribus auctoritate apoſtolica volumꝰ atqꝫ concedimus oĩa
poſſe fieri ⁊ ordinari pro gubernatione fratrũ: cõuentuũ: domoꝝ: loco-
rum ⁊ eremitoriorũ tue vicarie ſubditoꝝ que generalis miniſter tui or-
dinis cũ generali capitulo tã de iure q̃ꝫ de cõſuetudine ⁊ ex forma priui
legioꝝ poſſe facere conſueuit. In primis autẽ volumꝰ tales a vobis or
dinationes fieri: per quas omnes fratres quorũcũqꝫ locoꝝ ⁊ quarũcũ
qꝫ vicariarũ atqꝫ prouinciarũ tui officij ad vnũ eũdemqꝫ modum viuẽ-
di quantũ fieri poteſt reducãtur. tã circa habitus geſtationẽ q̃ꝫ circa fra-
trum receptionẽ ⁊ alia quomodolibet occurrẽtia. Nam vt id facere poſ
ſitis cõſuetudines: ſtatuta: ordinationes qualitercũqꝫ factas ac etiã pri
uilegia a ſede apſtica conceſſa etiã ſi talia forent de quibꝰ habenda eſſet
mẽtio ſpecialis: in quantũ noſtre volũtati ſupradicte aduerſant aucto-
ritate predicta tenore pñtium reuocamꝰ. Declaramus nr̃e intentionis
etiã fratres dicti ordinis de obſeruãtia ad nullas teneri culpas atqꝫ cẽ
ſuras q̃ in eiſdẽ ordinis ſtatutis ſiue ordinationibꝰ tã apoſtolicis q̃ꝫ ge
neralibꝰ cõtinẽtur: ſed ſolũmodo teneri ⁊ obligari penis per ſupiores
ſuos impoſitis: future autẽ de qua ſupra diximus cõgregationi veſtre:
cõcedimus facultatẽ ordinãdi ⁊ declarandi in quibꝰ locis ⁊ prouincijs
fratres debeãt ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare, ⁊
quibus debeãt patrũ cõſuetudines imitari vel aliter ſe habere. Datũ
rome apud ſanctũ petrũ Anno incarnationis dñice Milleſimo q̃drin-
genteſimo quadrageſimo ſexto kl's ianuarij Pontificatꝰ nr̃i Anno. x.

Nicolaꝰ q̃rtꝰ ꝯcedit exẽptio nẽ totalẽ ordi ni minoꝝ: ipſꝫ imediate ſedi apſtice ſubmit tendo.

NIcolaus epiſcopus ſeruus ſer
uorum dei: Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus mini
ſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrũ minoꝝ: Salu
tem ⁊ apſticam benedictionẽ. Quia nõnulli qui heſitare ſe
aſſerũt vbi nõ eſt aliquatenus heſitandũ nõ ſine maligni
tatis aſtutia indubiũ reuocare conãtur. vtrũ vos ⁊ ordo veſter exẽptio-
nis priuilegio gaudeatis. ⁊ an iuris ⁊ ꝓprietatis beati petri ac etiã a
cuiuſuis alterius iuriſditione prorſus exẽpti ac tã in ſpũalibꝰ q̃ꝫ tẽpora
libus quoꝝ vobis vſum habere licet immediate ſubiecti ſedi apſtice exi-
ſtatis quãtũcunqꝫ vobis ⁊ eidem ordini ꝑ diuerſos predeceſſores nr̃os
romanos pontifices ſuper his plene ſicut aſſeritur ſit prouiſum. Nos
vr̃e ac eiuſdẽ ordinis ꝓuidere quieti paterne ſolicitudinis ſtudio inten-
dentes ſicqꝫ volẽtes ſuper hec omnẽ dubitationis ambiguitatis ⁊ q̃re
le materiã funditus amputare. nequis vos ⁊ eũdem ordinẽ ſuper exẽ-
ptione huiuſmodi ac alijs veſtris ⁊ ipſius ordinis libertatibꝰ ⁊ immu-
nitatibus q̃buſcũqꝫ vobis ⁊ eidẽ ab apoſtolica ſede cõceſſis impugna
re valeat vel quomodolibet moleſtare: vos ⁊ ordinẽ veſtrũ a cuiuſuis
alterius iuriſdictione oĩmoda prorſus eximimꝰ de gr̃a ſpeciali, decer-

nentes vos ⁊ eūdē ordinē immediate ſedi ſubiacere predicte, ecclīas vero ⁊ oratoria: domus: loca: libros vtenſilia ⁊ alia mobilia ⁊ immobilia quoꝝ vſum habetis ex licito cū ceteris quocunq̧ modo ptinentibꝰ ad predicta. ⁊ aliquod predictoꝝ: in ius ⁊ ꝓprietatē beati petri aplīcam ſuſcipimus. Illis ex eis dūtaxat exceptis: in qbꝰ expreſſe donatores ſeu trāſlatores ſibi proprietatē ⁊ dñium cōſtiterit reſeruaſſe. ꝑterea ecclīas oratoria: domos ⁊ alia ꝑdicta q̄ tenetis ⁊ inhabitatis ⁊ te[n]ebitis ⁊ inhabitabitis in futurū dū ⁊ quotiens vos illa tenere ⁊ inhabitare contigerit: eſſe omnino exempta decernimus, nulloq̧ medio ſedi memorate ſubeſſe. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nr̄e exēptōis: decreti: ſuſceptionis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ beatorū petri ⁊ pauli aplōꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū rome apud ſanctū petrū Secūdo kl's maij Pōtificatꝰ nr̄i Anno primo

ano 1278

Clemens q̄rtꝰ cōcedit ꝙ ffres quibꝰ aliquid ab ordinarijs cōcedit̄ ſup abſolutōibꝰ ⁊ diſpēſatiōibꝰ ſi illos ꝓlatos mori ꝯtigerit poſſint libere vti licēcia ſibi conceſſa donec viduatis ecclījs fuerit de paſtore ꝓuiſum.

Clemens epūs ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs miniſtro generali ⁊ fratribꝰ ordinis minoꝝ: Salutē ⁊ aplīcā benedictionez. Exigētibus veſtre deuotionis meritis votis vr̄is libēter annuimꝰ et petitiones vr̄as quantū cū deo poſſumꝰ fauorabilit̄ exaudimꝰ. Ex parte ſiquidē vr̄a fuit propoſitū corā nobis. ꝙ licet vobis a nōnullis patriarchis archiepīs ⁊ epīs ⁊ alijs ecclīarū prelatis audiēdi ꝯfeſſiones ſubditoꝝ ſuoꝝ necnō ꝑdicādi ⁊ aliq̄ vota in alia pietatis opa commutādi in ſuis ciuitatibꝰ ⁊ dioceſibꝰ licētia ſit ꝯceſſa, qꝛ tamen eiſdē prelatis decedentibꝰ vti licēcia hmōi ecclījs ſit vacātibꝰ dubitatis: nobis hūilit̄ ſupplicaſtis vt ꝓuidere vobis ſuper hoc paterna diligētia curaremꝰ. Vr̄is igitur ſupplicationibꝰ inclinati pn̄tiū vobis auctoritate cōcedimꝰ, vt in hmōi caſu poſſitis vti tādiu libere ꝑdicta licētia: donec viduatis ecclījs ꝓuiſum fuerit de paſtore. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginam nr̄e cōceſſiōis infringere: vl' ei auſu tēmerario cōtraire. Si qs āt hoc attētare ꝑſumpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū peruſij decimo ſeptimo kl's iullij pōtificatus noſtri Anno Primo.

Innocētiꝰ q̄rtus cōcedit generali miniſtro vt poſſit viſitare ⁊ corrigere frēs q morāt̄ in obſequijs aliorum.

Innocentius epūs ſeruus ſeruorū dei: Dilecto filio miniſtro generali ordinis fratrum minorū: Salutē ⁊ aplīcam bn̄dictionē. Cū ſicut te accepimus intimāte nōnulli ex ffibꝰ tui ordinis q de ſupioris licētia in alioꝝ obſequijs cōmorātur exēptos ſe a tua iuriſdictiōe credētes: talia plerūq̧ ꝑpetrāt: ꝑ q̄ detrahit̄ ordini ⁊ ſcandalū inde gen̄atur. Nos tuis ſupplicationibꝰ inclinati pn̄tiū tibi auctoritate cōcedimus: vt vniuerſos frēs q morātur in obſeqijs alioꝝ (illis dūtaxat exceptis q ſunt vl' fuerint ad legatorū aplīce ſedis ſeruitia ꝺputati) libere valeas viſitare: corrigere: amouere: ac alios eis ſubſtituere ꝓut ſecundū deum videris expedire. Nō obſtātibꝰ quibuſcūq̧ lr̄is ſeu indulgentijs ſedis

aplͥce ꝑ quas id valeat impediri, Cõtradicẽtes ꝑ cenſurã eccl'iaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. Datũ lugduni, Decimo ſeptimo kl'Is ſemptẽbris Pontificat⁹ nři Anno quarto,

Gregori⁹ nonus cõcedit ꝙ miniſtri ꝓuinciales capitulariť cõgregati poſſint ꝑdicatoreſ inſtituere.

GRegoriuſ epus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs miniſtris: prouincialibus ordinis fratrũ minoꝝ pñtes lrãs inſpecturis; Salutẽ ⁊ aplicam bñdictionẽ. Prohibẽte regula vřa, nulli fratrũ minorũ eſt licitũ predicare populo niſi a generali miniſtro vři ordinis examinat⁹ ⁊ approbat⁹ fuerit ⁊ ſibi ꝑdicatiõis officiũ ab ipo conceſſum. Verũ cũ piũ ſit vt predictoꝝ fratrũ laborib⁹ ac ꝑiculoſis diſcurſibus euitãdis necnõ qđ aiaꝝ ſalus poſſit ꝓuenire facilius, ap̄licę ſedis circũſpectio ſup ꝓhibitione hmõi opportune remediũ ꝓuiſionis appõnat. Nos deuotionis vře ꝑcib⁹ inclinati vt ſinguli veſtrũ in ſuis ꝓuincijs cũ diffinitorib⁹ in ꝓuincialib⁹ capl'is congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare ⁊ eis officiũ ꝑdicatiõis deũ habẽdo p̄ oculis cõmittere valeãt vobis auctoritate pñtiũ cõcedim⁹ facultatẽ. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hãc paginã nře conceſſionis infringere vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aplo'ꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datũ laterani ſecũdo id⁹ decembris. Põtificatus noſtri Anno quartodecimo,

Inno, quartus ꝙ miniſtri prouinciales poſſint inſtituere ꝓcuratores et ſindicos q res fratrib⁹ cõceſſas poſſint vẽdere ⁊ cõmutare.

INnocẽtius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs gñali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris fratrũ minoꝝ: Salutẽ ⁊ ap̄licam benedictionẽ. Quanto ſtudioſius diuine cõtẽplatiõi vacatis dño famulando: tanto quieti vře libenti⁹ ꝓuidem⁹, ne pedes quos lauiſſe videmini affectu ⁊ effectu oĩa relinquẽdo: cogamini (qđ abſit) iterũ inquinare. Cum enĩ ſicut lecta nobis petitio vřa cõtinebat de reb⁹ oĩbus ordini vřo cõceſſis vel in poſteꝝ ꝯcedẽdis ꝑ vos ipos ꝓut exigit freq̃nter neceſſitas iuxta vři ordinis inſtituta diſponere nequeatis nec velitis ꝓ cõſtitutionũ vřaꝝ puritate ⁊ cõſciẽtia cõſtãter ſuãda ne vobis odioſa vagãdi tribuatur materia ſi oporteat vos ſemꝑ in hoc ad ſedẽ ap̄licam ad quã rerũ ipaꝝ ſpectat ꝓprietas hẽre recurſum: Nos quieti dicti ordinis ⁊ neceſſitatib⁹ vřis paterna volẽtes ſollicitudine ꝓuidere: pñti vobis auctoritate cõcedim⁹, q̃ten⁹ vt ſingl'is veſtrũ liceat in ꝓuincijs eis cõmiſſis ꝑ ſe vel ꝑ alios fratres ſuos qb⁹ id duxerint cõmittẽdũ cõſtituere aliquos viros idoneos deũ timẽtes q pro locoꝝ indigentia ſinguloꝝ res hmõi tã cõceſſas ꝙ etiã cõcedẽdas auctoritate nřa petere vẽdere ⁊ cõmutare: alienare: tractare: expẽdere: ꝑmutare ⁊ in fratrũ vſum cõuertere valeat. ꝙ ꝙ vobis liceat eoſdẽ viros ſic cõſtitutos remouere aliq ſq ad illa exequẽda ſine difficultate q̃libet ſubrogare quotiẽs videbit opportunũ. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hãc paginã nře cõceſſionis infringere vl' ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aũt hoc attẽtare ꝑſũpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſu

rū. Datū rome tertiodecimo kl's ſeptēbris pōtificat⁹ nři anno tertio.
DILECTO FILIO fratri iacobo de primaticis de bononia ordinis minorum de obſeruātia regulari.

Eugeni⁹ papa qrt⁹. Dilecte fili Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Fide digna relatione pcipimus in ciuitate lacij nō paruā p hec tpa excitatā fuiſſe cōmotionē de die debite pceptiōis ſacratiſſimi corpis dñi ieſu xpi: ⁊ p aliqs religioſos ſit affirmatū q nō cōicātes actualr i die reſurrectōis dñice: mortalr peccarēt ēt ſi in die iouis ſcā ⁊ alijs qbuſcūq3 dieb⁹ infra annū pluries ⁊ freqntatis vicib⁹ cōicaſſent. qđ pijs aurib⁹ ē audire moleſtū. Recolim⁹ alias p qđdā nřm breue ſcripſiſſe veñabili fři nřo epo licieñ. qđ intelligebam⁹ ſatiſfactū eſſe ſi paulo añ vl' paulo poſt diē reſurrectiōis dñi qs cōicet. Mirati ſum⁹ q poſtmodū noua cōtrouerſia reuixerit. Sed inimic⁹ hō ſupſemiauit zizaniā. Nos igit cupientes pūrgatū triticū in horreū dñi cōgregare ⁊ inutilib⁹ cōtētionib⁹ finē dare: Attēdētes iuxta doctrinā beati auguſtini q ſolēt circumſtātie ſcripturaꝝ illuminare ſubſtātiā vitatis. ⁊ nō ſolū adiacētia ſ3 etiā pcedentia ⁊ ſubſeqntia vba ſunt ꝯſiderāda prudēter. Cū dicat canon eccle. oīs vtriuſq3 ſexus fidelis ſaltē ſemel in anno ꝯfiteat. ⁊ infra. ſuſcipiens ad min⁹ in paſcha reuerēter eucharistie ſacramētū. Et ſeqr niſi de ꝓprij ſacerdotis cōſilio ob aliquā rōnabilē cām ad tēpus ab ei⁹ pceptione duxerit abſtinēdū. Dicim⁹ expreſſe nō intētionis legiſlatoris fuiſſe aīas illaqueare fidelīū ſub culpa mortali ad cōicandū pciſſe in die dñice reſurrectionis ſ3 terminū ſtatuiſſe a paſcha ad paſchā Cū dicit ſemel in anno ⁊ infra ad min⁹ i paſcha niſi ⁊c. Mēs eni3 magis q̄3 vboꝝ ſon⁹ ē attēdēda diſcrete. intelligim⁹ itaq3 optime iure ſatiſfactū eē canoni, ſi in hebdomada ſcā vel infra octauā paſche reſurrectōis dñice ſcđm meliorē3 diſpoſitionē cōſciētie ⁊ aptiorē mētis deuotionē fideles pparatione debita ſanctū eucharistie pignus accipiāt ⁊ cū dño paſcha celebrēt ad ſalutē. Et huic ſentētie oēs volum⁹ acquieſcere. Quare deuotōi tue cōmittimus vt pđicta vbi oportere intelligas ppłis nota facias. Datu3 rome apud ſanctū petrū ſub annulo nřo ſecreto Die octauo iulij Milleſimo quadringēteſimo qdrageſimo ſexto. Pōtificatus nři Anno decimo

Eugeni⁹ papa qrtus declarat q cōicantes a dñica palmaꝝ vſq3 ad dñic ī de qſi modo ſatiſfaciūt precepto ⁊ iuri.

DILECTIS FILIIS vicarijs geñalib⁹ ac ꝓuincialibus fratrū minorum regularis obſeruātie ac quibuſcūq3 veſtri ordinis ⁊ obſeruātie per vos deputatis ⁊ deputādis cōfeſſorib⁹.

Nicola⁹ papa quint⁹. Dilecti filij Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Scim⁹ ppl'os ciuitatu3 terrarū ⁊ locoꝝ apud q loca habetis exemplo allectos ⁊ inductos religioſe vite quā dño ꝓcedēte ducitis. libent ad confitendum vobis ⁊ ſacratiſſimam cōionē de manib⁹ vřis accipiēdum confluere. Unde vt illis ſatiſfacere valeatis: deuotioni veſtre audiendi in cōfeſſionibus omnes quarūcūq3 dioceſum ⁊ in illis ext. anc. os ac forenſes abſoluendi quoq3 etiam in caſibus quos dioceſani lo

Nicolaus. v. Concedit q poſſint fratres de obſeruātia ſub vicarijs audire in cōfeſſione oēs vndecūq3 venientes ⁊ adminiſtrare ſacramētum eucharistie.

corum in quibus ad audiendum deputati eſtis duxerint concedendos Et in omni preterꝙ̃ in die dñice reſurrectionis predictam ſacratiſſimi corporis dñici cõmunionem dandi auctoritate apoſtolica concedimus per preſentes, Datum rome apud ſanctũ petrum ſub ãnulo piſcatoris die quintadecima aprilis milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo octauo pontificatus noſtri Anno ſecundo.

DILECTIS FILIIS vicarijs generalibus ac ꝓuinciali-bus fratrum minorum regularis obſeruantie ac quibuſcunqꝫ veſtri or-dinis obſeruantie per vos deputatis ⁊ deputandis confeſſoribus.

SIXTUS PAPA QUARTUS.

*ſixtꝰ pap̃ q̃rtꝰ ꝯcedit id qđ ni colaus ſupra-dictus.*

claratione regule) cōuertēda: ſicut ⁊ quādo a te fili generalis vel ſingu-
lis alijs veſtrū in ꝓuincia vel cuſtodia ſibi decreta ab eiſdez fratrib⁹ de
aſſenſu veſtro extiterint requiſiti ac eedē ꝑſone petēdi: exigendi: recipiē
di: alienandi p̄dicta: trāſigendi: quoq; ⁊ paciſcēdi: conueniēdi: compro
mittēdi: remittēdi: refutādi: quietationē faciēdi: agēdi: defēdēdi: ac in
aīas eoꝝ de calūnia ⁊ vitate dicēda iurādi: ⁊ cuiuſlibz alteri⁹ iuramētū
p̄ſtādi: cū ill' ⁊ ꝯ illos q hmōi res mobiles ⁊ imobiles aut p̄ciū eaꝝ vel
relictas elemoſynas frīb⁹ in teſtamēto occuparēt: vl' violēt auferrēt: ſiue
q vltra volūtatē fratrū q̄modolibz detinerēt: ⁊ gen̄al'r in oīb⁹ cauſis ꝓ
reb⁹ ⁊ locz hmōi ad ipaz eccl'iā ſpectātib⁹ ipoꝝ fratrū vſui ꝯceſſis. Nec
nō ꝓ imunitatib⁹ libertatib⁹ ⁊ iurib⁹ ac ꝓuilegijs, eorūdē ſine cuiuſlibz
ſatiſdatiōis ⁊ cautiōis onere: plenā ⁊ gen̄alē ⁊ liberā hēant auc̄te ap̄li-
ca in iudicio ⁊ extra iudiciū ptātez: reuocādi q̄z ꝑſonas eaſdē ⁊ eaꝝ qua
libet: ac alias eis ſubrogādi: vl' nōiandi ꝑ ſupradictū modū nōiatiōis q̄
tiēs opportunū fuerit q eādē in p̄dictis vl' ſimilē hēant ptātez: plenā ⁊
liberā ꝯcedim⁹ auc̄te p̄ntiū facultatē. Nulli ḡ oīno hōinū liceat hāc pagi
nā nr̄e ꝯceſſiōis ⁊ ꝯſtitutiōis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtrire. Si
qs aūt h̄ attētare p̄ſūpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊
pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū apud vrbē veterē quintadeci
ma kl'aꝝ februariaꝝ. Pontificat⁹ nr̄i Anno Secundo.

Sixtus papa
q̄rtꝰ.ↄcedit.x.
ānos ꝺ vera in
dulgētia ⁊ toti
dē q̄dragenas
obſeruātibꝰ fe
ſtū bti frācíſci
qꝺ p̄cipit ab oi
bus obſeruari.

SIxtus epūs ſeruus ſeruorum
dei. Ad perpetuam rei memoriā. ¶Preclara ſanctoꝝ me-
rita ⁊ grandia virtutuꝫ inſignia quibus radiātibus in fir-
mamēto ſyderibus ſacroſancta illuſtratur eccleſia ac ſu-
pra petraꝫ ſtabilita firmiſſima ſanctoruꝫ irradiatur ſplendoribus ⁊ no-
ue prolis inſtaurata preſidio incrementū ſuſcipit ⁊ fulgorē: eo frequen-
tiꝰ debent vniuerſi fideles congrua deuotione recolere reuerentia ac di-
gna reminiſcentia celebrare ſolēniter collabētibus ſeculis: cuꝫ peccatis
facientibus fidei catholice feruor plurimū tepuiſſet decus ille moꝝ deo
q̄ꝫ acceptiſſimus pauperū patriarcha franciſcus ad ſaluādas aīas ipſiꝰ
ſaluatoris noſtri precioſo cruore redemptas: oberrantem fidelium ple-
bem ad ſalutis opera excitandam erudiendāq̄ꝫ ⁊ ſuo reintegrādam au-
ctori ordinatiōe ſuperna deſtinatus: inter admiranda ipſius opera ſpi-
ritu paraclito inſpirante nouam fratrum minorum religionem ſacram
ad dei laudem ⁊ gloriam militantis eccleſie decorem ac populi xp̄iani
profectum in agro dn̄ico tempore opportuno plantauit inſtituit ⁊ ſu-
pra petram que chriſtus eſt perpetuo ſtabiliuit: vt precipua virorum in-
ſignia ſanctimonia: moribus: ſcientia: atq̄ꝫ virtutibus preditorum fecū-
ditate ⁊ numeroſitate exuberans: fructuoſos palmites ex vite vera pro-
ducent: que chriſti vexillum per orbem vniuerſum vehere: nomen quod
eſt ſuper omne nomen cunctis gentibus predicare: ſalutaribus inſuper
monitis exhortationibus ⁊ exemplis diabolica fraude deceptos deo lu-
crifacere: ⁊ a maligni hoſtis ſeruitute eripere ſtudio indefeſſo cōtenderēt
quemadmodū hoc ipſius inclyti patris germina: ⁊ veſtigiorum eius ꝑ-
uidi ſectatores benedicente altiſſimo multiplici in domo domini: ⁊ gra-
tijs perfuſi celeſtibus longe lateq̄ꝫ vniuerſas nationes mortalium pene-
trantes chriſti euangelium ac vere fidei documenta cunctis gentibus
nunciare eidem eccleſie antemurale conſtituere: ac pro virili ſuo tueri
munire ⁊ ampliare non ceſſant. In huius igitur ſolemnijs almi patris
ſeraphiciq̄ꝫ franciſci quem ſupremus ille pater familias pro multipli-
cato cum talentis ſibi creditis innumerabilium animarum lucro: precla-
riſq̄ꝫ virtutibus alijs: corona glorie interna claritate magnificat: ⁊ qua-
ſi lucernam in domo domini poſitam ſummo deuotionis ſtudio cenſuit
a cunctis fidelibus venerari. Cupiētes prout operis ⁊ officij noſtri debi-
tum eſſe conſpicimus propter mire ſanctitatis excellentiam virtutum ſu-
arum cumulum: exigentiam meritorum: ⁊ hanc religionem ſacram ad
ſtirpandas hereſes: ſciſmaticorum ⁊ infidelium confutandos errores
credentium vero profectum ſalubriter inſtitutum quantum nobis ex al-
to conceditur venerationem congruam ⁊ honorem adijcere: ac tanto
confeſſori glorioſo pro ſummis in nos beneficijs preſertim ab ipſis
cunabulis cum vitalis ſpiritus in noſtro corpuſculo palpitans extin-
gui protinus videretur: ipſius protinus meritis ⁊ interceſſione priſtine
reſtituti fuimus ſanitati cum ⁊ alijs gratiarū donis ⁊ futurorum preſa-
gijs que cordi noſtro inſident ⁊ memorie iugiter retinemus. Tum quia

diuerſis tempoꝛibꝰ aliis in variis noſtri corporis morbis ⁊ humanis caſibus conſtituti preſidio ipſius beati franciſci q nos ad ſacrā religionē predictam quaſi data manu pro ſua pietate vocauit ⁊ ad hāc vſq̧ diem cū hominis vtriuſq̧ ſalute dn̄o annuēte pduxit adiuti ⁊ liberati extiti-mus. Pro cuius memoria eius habitū ⁊ inſignia ad extremū vſq̧ diē corde iugiter geſtare ſtatuimꝰ etiā pro iis acceptis beneficiis poſſibilez nobis gratitudinē aliquā ſue quāuis excellētie imparē: pro eius gloria ⁊ honore aiarūq̧ ſalute ſincero ⁊ hilari animo exhibere: necnō ipſius feſtiuitatis diē celebrē magiſq̧ deuotū ⁊ cūctis fidelibꝰ acceptabilē cōſtituere in futurū de omnipotētis dei miſericordia ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aplorum auctoritate cōfiſi: vniuerſis ⁊ ſingulis vtriuſq̧ ſexus fidelibꝰ vbilibet cōſtitutis vere penitētibus ⁊ confeſſis qui eiuſdē glorioſi cōfeſſoris franciſci feſtiuitatem hāc quam deinceps perpetuis futuris tēporibus celebrem eſſe ⁊ vt feſtum duplex a cunctis chriſtianis celebrari ab omniq̧ opere ſeruili abſtineri: ⁊ ſub obſeruātia ⁊ precepto comprehēdi volumus: ⁊ tenore preſentiū declaramꝰ: deuote celebrantibꝰ annuatim decē annos ⁊ totidem quadragenas de iniūctis eis penitentiis relaxa-mus. Verū quia difficile foret preſentes litteras ad vniuerſi mundi partes deſtinare: volumꝰ etiam ⁊ auctoritate apoſtolica decernimꝰ ꝙ earū tranſumpto manu publica ſcripto et alicuius epiſcopalis curie ſigillo munito: tanq̄ preſentibus litteris originalibus firmiter ſtetur vbiq̧ ac plena eis fides adhibeatur ac ſi ipſe originales littere forent exhibite vł oſtenſe. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtre declara-tionis: relaxationis. conſtitutionis: ⁊ volūtatis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum Anno incarnationis dn̄ice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Quinto nonas octobris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

DILECTO FILIO vicario generali ordinis minorum regularis obſeruātie vltramontanorum.

SIXTUS PAPA. IIII.

Dilecte fili Salutē ⁊ apoſtolicaz benedictionē. Cupiētes pridem dilectas in chriſto filias abbatiſſas ⁊ ſorores ordinis ſancte clare reformationis quondā collecte ſororis eiuſdēq̧ ordinis in ſeruitio dei aplicis preſidiis cōfouere: vt viſitatores earꝝ auctoritate apoſtolica deputati quoſcunq̧ fratres ordinis minorum tā ſub immediata obedientia generalis miniſtri eiuſdē ordinis q̄ ⁊ vicarioꝝ generaliuz ſub regulari obſeruantia degentiū ad obſequiū dictarum ſoroꝝ circa ſpiritualia (de licencia tamen ſuorū ſuperiorū ſaltem petita licet nō obtēta) deputare: ⁊ ſeruitio ſuo dedicare: fratreſq̧ predicti ad ſeruitiuz ipſum abſq̧ cuiuſq̧ impedimento trāſire ⁊ in illo manere poſſent p alias nr̄as litteras in forma breuis cōceſſimus. Cū aūt ſicut nuper accepimus plures

Sixtus papa q̄rtus reuocat licentiā cōceſſam viſitatori recipiēdi frēs ſine ſuoꝝ plātoꝝ cōſenſu: p regimine monialiū.

fratres tibi ſubditi ꝑ pretextu conceſſionis huiuſmodi a bono obediētie ⁊ maloꝝ correctione deuiauerint hactenus ⁊ in futurū deuiaturos meri to ſuſpicetur: ⁊ tua religio propterea non modicū perturbet. Hinc eſt ꝙ nos qui nunqꝫ mente geſſimus ꝑ lr̄as nr̄as predictas alicui dare ma teriā malignandi: Aut ꝙ ꝑſone q̄ ſub religionis habitu vacare deberēt ſtudio pie vite: a bono obediētie ⁊ a perſeuerantia diuini ſeruitij vllate nus retraherētur: in premiſſis prout ex debito tenemur paſtoralis offi cij ſalubriter ꝓuidere cupiētes: auctoritate ap̄lica tenore p̄ntiū volumꝰ ⁊ etiam ordinamꝰ ꝙ oēs fratres tue cure cōmiſſi q̄ hactenus abſqꝫ tua licentia ex familia tua receſſerint: proinde tibi ⁊ correctioni tue in omni bus ⁊ per oīa ſint ſubiecti ac ſi breue noſtrū predictū nullatenꝰ emanaſ ſet: quod etiā penitꝰ ſpecifice ⁊ expreſſe quo ad tuos reuocamus ⁊ etiāꝫ annullamus. Declarātes ex nūc omnes ⁊ ſingulos fratres tue cure cō miſſos: quicqꝫ abſqꝫ tua licentia aut ſui ꝓuincialis vicarij ex familia tua contra tenorē litterarum predictarum hactenꝰ receſſerunt: eo ip̄o maio ris excōmunicationis ſententiam incurriſſe: ac vt tales a b omnibꝰ chri ſti fidelibus arctius euitari deberi. Deuotioni tue illos ac eoruꝫ recepto res tam premiſſam excōmunicationis ſententiā q̄ꝫ alias cenſuras ⁊ pe nas cōtra receptores fratrum tue familie per felicis recordationis pau lum ſecundū p̄deceſſorem noſtrū ⁊ nos inflictas incidiſſe publicandi; ⁊ alia damna circa eos faciendi q̄ ad officium tuū pertinēt plenam ⁊ libe ram facultatem concedentes: premiſſis litteris quaꝝ tenorem hic habe ri volumꝰ pro expreſſo ceteriſqꝫ in contrariū facientibus non obſtātibꝰ quibuſcūqꝫ. Datum rome apud ſanctū petrū ſub annulo piſcatoris die tertio decembris Anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadringenteſi mo octogeſimo p̄mo. Pōtificatꝰ noſtri anno vndecimo. Griffus.

DILECTO FILIO vicario generali fratrū minoꝝ regularis obſeruantie vltramontano.

Sixtus papa q̄rtꝰ cōcedit li centiā fratribꝰ minoribꝰ: loca eis minꝰ com moda dīſcrēdi

SIXTUS PAPA. IIII

Dilecte fili Salutem ⁊ ap̄licaꝫ benedictionē. Feciſti nobis humiliter ſupplicari ꝙ pro tua ac fratrum tue cure cōmiſſorum quiete ⁊ conſolatōe dignaremur concedere vt loca q̄ regulari obſeruantie minus cōmoda ſunt vel inopia incolaꝝ debite reparari nō poſſunt: aut alias dictis fratribus oneroſa noſcūtur: licet ob deuotionē populꝝ vel principū contemplatione cum beneplacito ſedis apoſtolice recepta fue rint in manibꝰ ordinariorum locorū dimittere libere ⁊ licite valeres. Nos itaqꝫ totis deſiderijs regularis obſeruātie profectum affectātes: deuotis huiuſmodi ſupplicationibus paterne in domino annuente de uotioni tue preſentiū tenore licentiam ⁊ facultatē omnimodā damꝰ: cō cedimus ⁊ impartimur ea loca q̄ fratribus tue cure cōmiſſis minus cō moda eſſe cognoueris vel alias oneroſa: in omnibꝰ prouincijs vicaria tus tui in manibꝰ ordinarioꝝ locorum libere dimittendi ⁊ illa licite de ſerendi prout tibi viſum fuerit expedire; ſuper quibꝰ tuam conſcientiam

oneramus: cōſtitutione felicis recordationis bonifacij pape octaui pre deceſſoris noſtri prohibente loca ſemel recepta non deſeri ⁊ alijs apoſtolocis conſtitutionibꝰ dictiqꝫ ordinis ſtatutis ⁊ conſuetudinibꝰ etiam iuramento vel quauis alia firmitate roboratis: ceteriſqꝫ forte cōtrarijs non obſtātibꝰ quibuſcūqꝫ. Datū rome apud ſanctum petrū ſub annulo piſcatoris die vigeſima ſecunda martij. Anno incarnatiōis dñice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo. Pōtificatꝰ nři anno, xi.

DILECTIS FILIIS vniuerſis fratribꝰ ordinis minoꝝ vbiqꝫ cōmorātibꝰ. SIXTUS PAPA. IIII.

Dilecti filii Salutem ⁊ apl'icā benedictionē. Cum alias animo reuolueremus merita beatorum berardi petri octonis accurſij ⁊ adiuti: qui ex ordine fratrū minoꝝ (ſub quo ⁊ nos coaluimꝰ) fuerunt: quiqꝫ poſt multa ⁊ diuerſa tormēta ſub rege marrochiorū pro chriſto mortē ſubierunt: ⁊ martyrij coronaꝫ glorioſe promerentes: plurimis miraculis in ipſa morte ⁊ poſt claruerūt. Ex quo incēſus beatꝰ antoniꝰ de padua ex ordine canonicoꝝ regulariū in quo tunc erat: ad ordinem ipſum fratrū minoꝝ ſe dicitur tranſtuliſſe. Conceſſimus ex auctoritate apl'ica ⁊ benignitate viue vocis oraculo: vt fratres p̄dicti ordinis minorū poſſent publice ⁊ ſolēniter celebrare in eccl'ijs officio ⁊ miſſis officiū ſanctoꝝ martyꝝ ꝓ ſupradictis quinqꝫ beatis martyribꝰ. Uerū cū frequenter aduerſariꝰ humani generis nitatur bona ⁊ ſancta opa pturbare: ne tā piam rem pretextu ꝙ de hmōi cōceſſione nr̄a nil appareat in ſcriptis aliqs valeat in poſterū impedire: tenore p̄ñtiū ex certa nr̄a ſciētia apl'ica auctoritate ꝯcedimꝰ: ꝙ p̄dicti frēs minores poſſint vbiqꝫ ſolēniter ⁊ publice offiñ martyꝝ ex ipſis berardo: petro: octone: accurſio ⁊ adiuto in officio duplici maiori: ac etiā in die ſextadecima ianuarij q̄ die ab hoc ſeculo p martyriū receſſerūt: libere ⁊ cū ſerena cōſciētia dicere ⁊ celebrare: inhibētes p̄fata apl'ica auctoritate neqꝫ huic nr̄e cōceſſioni audeat ſe opponere: Nō obſtātibꝰ in cōtrariū faciētibꝰ qbuſcūqꝫ. Preterea qꝛ difficile eēt p̄ńs breue ad oīa loca deferri: volumꝰ vt illiꝰ trāſūpto manu alicuiꝰ publici notarij ſubſcripto ⁊ ſigillo dicti ordinis generalis vel vicarij generalis fratrū de obſeruātia munito: ea prorſus vbiqꝫ fides adhibeatur: que adhiberetur ſi idem preſens breue originaliter oſtenderetur. Datum Rome apud ſanctuꝫ Petrum ſub annulo piſcatoris die ſeptima auguſti. Anno domini Milleſimo quadringēteſimo octogeſimo primo. Pontificatus noſtri anno decimo Griffus.

Sixtus papa qrtꝰ concedit fratribꝰ minoribꝰ: feſtū quinqꝫ martyꝝ ſui ordinis publice celebrare

Gregoriꝰ epūs ſuus ſuoꝝ dei dilectis in chriſto filiabus vniuerſis abbatiſſis ⁊ monialibus incluſis monaſteriorum ordinis ſancti damiani: Salutē ⁊ apoſtolicaꝫ benedictionē. Ueſtris pijs ſupplicationibꝰ inclinati: fratribꝰ minoribꝰ q monaſterioꝝ veſtroꝝ obſequijs deputātur vt ꝓ exercēdo monaſterioꝝ ipoꝝ opere vel illis conſeruan-

Gregoriꝰ .ix. declarat ⁊ ponit caſus in q bus licitū ē fratribꝰ minoribꝰ ingredi .ſ. clare monialium monaſteria.

dis ab incēdio:ſeu latronib⁹ deffendēdis:aut frater preſbyter cum fra-
trum ipſorum clerico maturo moribus ⁊ etate pro audiendis confeſ-
ſionibus veſtris ⁊ extrema vnctione: ⁊ alijs ſacramentis eccleſiaſticis
exhibendis vobis infirmitate cogēte:ac ſepeliēdis corporib⁹ deceden
tium ſororꝫ monaſteria ipſa ſecūdū formā q̄ in regula veſtra noſcitur cō
tineri ingredi valeāt liberā cōcedimus auctoritate preſentiū facultatē.
Datum laterani ſexto nonas iulij. Pontificat⁹ nſi Anno quodecimo.

Gregorius nonus decernit excōmunicationem incurrere itrātes monaſteria ſācte clare niſi in caſib⁹ in ſua regula contentis.

# GRegorius epus ſeruus ſeruo

rum dei Vniuerſis chriſti fidelib⁹ pñtes litteras inſpectu
ris:Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Et ſi omniū illa cura
debeat nobis ineſſe fideliū:q̄ fauēte dño mercamur gau-
dia ſupnorꝫ:de his tamen tenemur ſollicitudinē habere
precipuā:q cunctis poſtpoſitis formā pauperū ⁊ humiliū aſſumentes:
corpus ⁊ animam deputarūt obſequio redemptoris. Cum igitur dile-
ctas in chriſto filias paupes moniales incluſas ordinis ſancti damia-
ni virtutū augmenta ſuſcipere: ⁊ pacē habere: ac ab omni turbatione ef
fici immunes cupiamus ⁊ volum⁹:Et quod a nobis olim in minori of-
ficio conſtitutis circa ingreſſum eiuſdē ordinis videlicet qui quomodo
⁊ quādo ingredi valeāt in regula dictarꝫ monialiū inſtitutū eſſe digno-
ſcitur:ab vniuerſis ⁊ ſingulis inuiolabiliter obſeruetꝫ. Qui aūt contraire
preſumpſerint: eos excōmunicationis ſententie decernim⁹ ſubiacere.
Nulli ergo omnino hominū. ⁊c. nře declarationis confirmationis ſeu
inſtitutionis infringere. ⁊c. Datū viterbij ſeptimo kl's aprilis Pōtifi-
catus noſtri Anno Undecimo.

Honori⁹ .iiij. decernit irrita pacta: q̄cūq̄ a fratribus ordinis minorꝫ cū p̄latis eccliarꝫ in p̄iudiciū ordinis inita.

# HOnorius epus ſeru⁹ ſeruorū

dei Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ fratribus ordinis
minorum:Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Religiōis
fauor ſub qua virtutū domino deſeruitis: ⁊ fructus vbe-
res qui ex veſtris laboribus in eccleſia vniuerſali diuina
gratia cooperāte pueniunt nos inducūt:vt illa vobis fauorabiliter cō-
cedamus p que ab impedimentorꝫ obſtaculis liberati:fructificare libe-
rius in eadem eccl'ia valeatis. Sane ex parte veſtra fuit ꝓpoſitum co-
rā nobis q̄ nonnuli miniſtri:cuſtodes:guardiani ⁊ fratres veſtri ordi-
nis in receptionib⁹ domorꝫ ⁊ locorꝫ eiuſdem ordinis cū prelatis rectori
bus ⁊ clericis eccleſiarꝫ in quarꝫ territorio domus ⁊ loca predicta con-
ſiſtunt ſine tua fili generalis ⁊ alicui⁹ predeceſſoris tuorū ac generalis
capituli ordinis predicti licētia ⁊ aſſenſu compoſitiones ⁊ pacta varia
in preiudiciū indulgentiarꝫ ⁊ priuilegiorꝫ apoſtolice ſedis eidem ordini
conceſſorꝫ inire temere preſumpſerint:cū id eis nec ex auctoritate cōpe-
teret nec ex ſpeciali eſſet conceſſione cōmiſſum nec a te ſiue a tuis prede
ceſſoribus prefate generalis vel ab eorꝫ capitulo fuerunt compoſitiões
⁊ pacta huiuſmodi acceptata. Quare nobis hūiliter ſupplicaſti; vt quia
ex cōuētionib⁹ ⁊ pactis eiſdem preſumptis taliter in ijs q̄ ordini p̄fato

tam ex apoſtolice ſedis priuilegijs ac indulgentijs q̄ꝫ a iure cōmuni conceſſa eſſe noſcuntur nimium derogetur: ꝓuidere ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos itaqꝫ volentes ſuper hoc de apoſtolica benignitate prouidere: preſentium tenore decernimus ꝙ ex conuētionib⁹ ⁊ pactis talibus ⁊ taliter initis: in ijs que ipſi ordini vel perſonis aut locꝫ eiuſdem ſiue de iure cōmuni competant: ſiue per priuilegia vel indulgētias ſint conceſſa eidem ordini locis domibus vel perſonis preiudicium nullum fiat: ſed cōpoſitionibus ⁊ pactis ipſis (dummodo nec a te memorate generalis nec a predeceſſorum tuorum aliquo vel dicto capitulo acceptata fuerint) nequaq̄ꝫ obſtātibus: ⁊ tam ipſius ordinis domib⁹ perſonis ⁊ locis q̄ꝫ ijs cum quibus eadem compoſitiones ⁊ pacta ſunt inita ius priſtinum abſqꝫ alicuius impedimenti obijce integrū conſeruetur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginaꝫ noſtre conceſſionis infringere ⁊c. Datum rome apud ſanctam ſabinam quarto idus februarij pōtificatus noſtri Anno primo.

Nicola⁹ papa ꝗrt⁹ approbat formaꝫ viuēdi fratrū ⁊ ſororū tertij ordinis ponēs rl'am ⁊ ſtatuta ab ipis obſeruanda.

NIcolaus eps̄ ſeruus ſeruoruꝫ dei. Dilectis filijs fratribus ⁊ dilectis in chriſto filiabu[s] ſororibus ordinis de penitentia tam preſentibus q̄ꝫ futuris. Salutem ⁊ apoſtolicam benedictioneꝫ. Super montem catholice fidei quam populis gentium qui ambulabant in tenebris diſcipulorum chriſti ſyncera admonitio igne charitatis exeſtuans verbo ſollicite predicatōis edocuit: quāqꝫ romana ſeruat ⁊ tenet eccleſia ſolidum chriſtiane religionis poſitum noſcitur fundamentum nullis vnq̄ꝫ concutiendum turbinibus: nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hec eſt ⁊ enim recta veraqꝫ fides abſqꝫ cuius conſortio nemo in conſpectu altiſſimi acceptus redditur: nemo gratioſus occurrit. Hec eſt que ſalutis ſemitam preparat; ⁊ felicitatis eterne premia gaudiaqꝫ pollicetur. Ideoqꝫ glorioſus chriſti confeſſor beatus franciſcus huius ordinis inſtitutor viam aſcendendi ad dominum verbo pariter ⁊ exemplo demonſtrans in ipſius ſynceritate fidei quos filios erudiuit: eoſqꝫ illam profiteri: conſtanter tenere: ſimiliter ac opere voluit adimplere: vt per eius ſemitam ſalubriter incedentes: mererentur poſt vite preſentis ergaſtulum eterne beatitudinis effici profeſſores. Nos igitur ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi: ⁊ ad eius augmentum benignius attendentes ſtatuimus: vt omnes quos ad obſeruandam huius vite formaꝫ aſſumi contigerit: ante aſſumptionem ſeu receptionem ipſorum de fide catholica ⁊ obedientia erga prefatam eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur. Et ſi eas profeſſi fuerint vereqꝫ crediderint: admitti ſeu recipi tute poterunt ad eandem. Precauendum eſt tamen ſollicite: ne quis hereticus vel ſuſpectus de hereſi: aut etiam infamatus ad obſeruationē vite ipſius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum: aſſignetur ille quam totius inquiſitoribus prauitatis puniendus. Cum autem fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit: miniſtri ad receptionem talium deputati eius officium ſtatum ⁊ con-

ditionem explorent: ſibi fraternitatis eiuſdem onera (ꝛ precipue alieno
rum reſtitutionem) apertius exponentes. Quibus premiſſis: ſi eidem
placuerit iuxta modum huiuſmodi induatur. Et de alienis (ſi que fue-
rint apud eum) ſatiſfacere ſtudeat in pecunia numerata: vel ſecundum
exhibitam pignoris cautionem. Seqꝫ nihilominus proximis reconci-
liare procuret: quibus omnibus ad effectum productis: poſt vnius an
ni ſpacium cum aliquorum diſcretorum fratrum conſilio (ſi ijs videbit
ipſis idoneus) recipiatur: hoc modo videlicet vt promittat ſe diuina
precepta omnia ſeruaturum: ac etiam ſatiſfacturum vt conuenit de trã
greſſionibus quas contra hunc viuendi modum commiſerit: cum inter
pellatus ad viſitatoris voluntatem extiterit. Et huiuſmodi ab eo facta
promiſſio per manum publicam inſcriptis inibi redigatur. Alio autem
modo nullus a miniſtris recipiatur eiſdem: niſi eis aliter viſum fuerit
conditione perſone ac ipſius inſtantia ſollicita conſideratione diſcuſſis.
Ordinamus preterea ſtatuentes vt nullus poſt ipſius fraternitatis in-
greſſum: eandem egredi valeat ad ſeculum reuerſurus: poſſit tamen ha-
bere tranſitum liberum ad religionem aliam approbatam. Mulieribꝰ
vero viros habentibus (niſi de ipſorum licentia ꝛ conſenſu) non pate-
at ad conſortium dicte confraternitatis ingreſſus. Fratres inſuper ipſius
fraternitatis de humili panno in precio ꝛ colore non prorſus albo vel
nigro cõmuniter veſtiantur: niſi fuerit ad tempus in precio per viſitato
rem de conſilio miniſtrorum ob cauſam legitimam ꝛ apertam cum ali-
quo diſpenſatum. Clamides quoqꝫ ac pelles abſqꝫ ſcolaturis ſciſſas vel
integras aſſibulatas tamen vel patulas vt cõgruit honeſtati. Clauſaſqꝫ
manicas fratres habeant ſupradicti. Sorores etiam clamide induan-
tur ꝛ tunica de huiuſmodi humili panno facta: vel ſaltem cum clami-
de habeant granellum vel placentini coloris albi vel nigri aut paludel
lum amplum de canapo vel lino abſqꝫ vlla criſpatura conſutum. Cir-
ca humilitatem vero panni ꝛ pelliciones ſororum ipſarum iuxta condi
tionem cuiuſlibet earundem: ac loci conſuetudinem: poterit diſpenſari.
Bindis ſeu ligaturis ſericis non vtantur: pelles habeant agninas: bur-
ſas ꝛ corrigias de corio ſimpliciter abſqꝫ ſerico vllo factas (etiam non
alias) tam fratres habeant ꝙ̃ ſorores: depoſitis ceteris (iuxta apoſto-
lorum principis beati petri ſalubre conſilium) vanis huius ſeculi orna-
mentis. Sit eis ad inhoneſta conuiuia vel ſpectacula ſiue curias ꝛ cho-
reas accenſus penitꝰ interdictꝰ. Hiſtrionibꝰ ſiue vanitatis intuitu nec do
nent: ꝛ ne quicꝙ̃ a propria donetur familia prohibere procurẽt. Ab eſu
autem carniũ: ſcđa: quarta: ꝛ ſexta feria: dieqꝫ ſabbati abſtineant vniuer
ſi: niſi aliud infirmitatis vel debilitatis inſtantia ſuaſerit. Minutis vo p
triduũ carnes dent: nec ſubtrahãt in itinere ꝯſtitutiꝫ. Sitqꝫ carũ geſcio li
cita ſingulis cũ ſolẽnitas precipua interuenire ꝯtigerit: ꝛ qua ceteri xpi
ani ab antiquo epulis carnis veſci ſolent. Alijs autem diebus in quibus
ieiunium non ſeruatur: oua ꝛ caſeus non negẽtur. Sed ꝛ cum religioſis
ceteris in eoꝝ cõuentualibus domibus licite ſumere valeant de appoſi-
tis ab eiſdem. Sintqꝫ prandij cenecꝫ refectione contenti: exceptis lan

guidis: viatoribus: ⁊ infirmis. Sit ſanis cibus moderatus ⁊ potus: cū textus euangelicus habeat. Attendite ne corda veſtra crapula ⁊ ebrieta te grauentur. Prandium aūt vel cena non niſi premiſſa ſemel dn̄ica ora tione ſumatur: poſt ſumptionem cuiuſlibet cum deo gratias iteranda. quā ſi omitti contigerit: dicatur tribus vicibus: pater noſter. Qualibet ve ro ſexta feria totius anni ieiunium celebretur: niſi forte infirmitatis aut alia cauſa legitima excuſetur: vel niſi feſtum natalis domini feria ipſa oc currerit obſeruandum. Sed a feſto omniū ſanctorum vſqꝫ ad paſcha q̄r ta ⁊ ſexta feria ieiunabunt. Alia q̄ ab eccleſia ſunt ſtatuta vel ordinarijs ex cauſa communiter indita ieiunia: nihilominus ſeruaturi. In quadra geſima vero beati martini vſqꝫ ad diem natalis dn̄i: ⁊ a dn̄ica quinqua geſime vſqꝫ ad paſcha diebus ſingulis (exceptis dn̄icis) ieiunare pro curent: niſi aliud fortaſſe infirmitas vel neceſſitas alia ſuaſerit. Sorores grauide vſqꝫ ad purificationis ſue diem ab exercitatione qualibet cor porali (orationibus dumtaxat exceptis) poterunt ſi voluerint abſtine re. Laborantes aūt (ꝓpter fatigationis afficientis inſtantiaꝫ) a dn̄ice re ſurrectionis feſto vſqꝫ ad feſtiuitatē beati franciſci predicti: ter in die (ſi labori exercitij incumbent) licite ſumere cibum poſſint. Cum vero con tigerit aliorum imminere laboribus: de cunctis appoſitis die qualibet ſumere licebit eiſdē: niſi ſexta feria vel dies ſit alia in qua ab eccleſia ge neraliter ieiunium noſcetur inſtitutum. Singuli autem fratrum ⁊ ſoro rum ipſorum ter in anno videlicet in natalis domini: reſurrectionis ipi⁹ ⁊ pentecoſtes feſtiuitatibus propria peccata confiteri ⁊ eucharistiam deuote ſuſcipere non poſtponant: reconciliando ſe proximis ⁊ reſtituen do etiam aliena. Impugnationis arma ſecum fratres non deferant: niſi pro defenſione romane eccleſie: chriſtiane fidei: vel etiam terre ipſorum: aut de ſuorum licentia miniſtrorum. Dicant vniuerſi quotidie ſeptem horas canonicas videlicet matutinam: primam: tertiam: ſextam: nonā: veſperas: ⁊ completorium. Clerici videlicet ſcientes pſalterium pro pri ma. Deus in nomine tuo: ⁊ Beati immaculati vſqꝫ ad legem pone: ac alios horarum pſalmos: iuxta clericorum ordinem cum gloria patri di cant. Cum vero ad eccleſiam non accedent: pro matutino pſalmos dice re ſtudeant quos dicunt clerici vel eccleſia cathedralis: vel ſalteꝫ Beati immaculati. Alij: pro matutino duodecim: ⁊ pro qualibet alia hora ſeptē vicibus pater noſter cū gloria patri dicere nō omittant. Quibus vide licet prime ac cōpletorij horarū minorē ſymbolū: ⁊ Miſerere mei deus addiſcāt q voluerint. Sꝫ ſi in horis nō dixerint ꝯſtitutis: dicāt trib⁹ vici bus: pater noſter. Infirmi aūt hmōi horas dicere non tenēatur: niſi ve lint. In q̄drageſima vero ſancti martini ⁊ in maiori eccleſijs in q̄rū ꝓpro chijs hitant: matutinalib⁹ horis adire ꝓcurēt: niſi cā rōnabili excuſent. Oēs p̄terea q̄bus de iure facultas affuerit: condant ſeu faciāt teſtamētū ⁊ de bonis ſuis infra tres mēſes poſt eoꝝ īgreſſū imediate ſeq̄ntes ordi nēt ⁊ diſponāt: ne quēqꝫ illoꝝ decedere ꝯtingat iteſtatū. De pace vō iter frēs ⁊ ſorores aut etiā extraneos in diſcordia poſitos faciēda: ſicut mini ſtris videbit̄ ita fiat adhibito (ſi facultas affuerit) ep̄i dioceſani ꝯſilio i

hac parte. Si vero fratres vel ſorores contra ius vel eorum priuilegia per poteſtates ſeu rectores locorum vbi domicilium obtinent varijs iniurijs ſeu vexationibus impetantur: miniſtri loci ad epiſcopos ⁊ ad alios locorum ordinarios ſtudeant habere recurſum iuxta conſilium ⁊ ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri. A iuramentis autem ſolennibus omnes abſtineant: niſi neceſſitate cogente in caſibus per indulgentiam apoſtolice ſedis exceptis: videlicet pro pace: fide: calumnia: ⁊ teſtimonio perhibendo: ac etiam in contractu emptionis ⁊ venditiōis ⁊ donationis vbi videtur expedire. In communi quoqꝫ loquela: vitent prout poterunt iuramenta. Et ſi aliquos minus caute iurauerit lapſu lingue prout contingere in multiloquio conſueuit: die ipſo in ſero cum debet cogitare quid fecerit dicat tribus vicibus dñicā orōnē ꝓpter incaute facta huiuſmodi iuramenta. Memor autem ſit quilibet vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur. Uniuerſi fratres ⁊ ſorores cuiuſcunqꝫ ciuitatis aut loci diebus ſingulis (ſi commode poterunt) miſſe officium audiant ⁊ menſe quolibet ad eccleſiam ſiue locum ad quam vel ad quem miniſtri curauerint intrare conueniant miſſarum ſolēnia ibi audituri. Uniſquiſqꝫ autem vſualis monete denarium miſſario tribuat: qui pecuniam huiuſmodi colligat: ⁊ de conſilio miniſtrorū inter fratres ⁊ ſorores paupertate grauatos ⁊ precipue infirmātes: ac eos qui funerum exequijs interfuerint: ⁊ deinde inter pauperes alios diuidant congruenter. Offerāt inſuper de dicta pecunia eccleſie memorate. Cūqꝫ ſic cōmode potuerint: vnum religioſum ⁊ in verbo dei competenter inſtructum habere procurent: qui eos ad penitentiam ⁊ miſericordie opera exercenda hortetur: ſollicite moneat: ⁊ etiam inducat: vt ſtudeat quilibet cum miſſe celebratur officium: predicationis verbum proponitur ſeruare ſilentium: orationi ac officio ſit preſens: niſi in caſu. ſ. quatenus cōmunis vtilitas fraternitatis impediat. Cum autem quēqꝫ ex fratribus infirmari contigerit: miniſter per ſe vel alium ſeu alios (ſi hoc eidem infirmus fecerit intimare) ſemel in hebdomada viſitare teneatur egrotū ipſum ſollicite ad recipiendam penitentiam prout melius ⁊ efficatius expedire videbitur ⁊ poterunt inducentes: neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. Et ſi prefatus infirmus de preſenti luce migrauerit: fratribus ⁊ ſororibus tunc in ciuitate vel loco vbi eum contigerit mori preſentibus nuncietur vt defuncti exequijs procurēt perſonaliter intereſſe: a quibus donec miſſarum fuerint celebrata ſolemnia ⁊ corpus humo conditum: non recedant. Hoc quoqꝫ circa ſorores infirmas decedenteſqꝫ volumus obſeruari. Preterea infra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediate ſequentes quilibet fratrum ⁊ ſororum ipſorū dicat pro anima eius videlicet ſacerdos miſſam vnam. Sciens pſalterium quinquaginta pſalmos: ⁊ illitterati totidem pater noſter ⁊ in fine cuiuſlibet Requiem eternam adijciant. Et poſt hec infra annum pro fratrum ⁊ ſororum eorum tam viuorum ꝙ̄ mortuorum ſalute tres miſſas faciant celebrari. Qui vero pſalterium ſciuerint illud dicāt ⁊ ceteri oratiōem dominicam centies dicere non omittant. Requiem eternam in

ſine cuiuſlibet additurj. Miniſteria quocꝫ ⁊ alia diuina officia que preſentis ſeries formale exprimit: impoſita ſibi quiſqꝫ deuote ſuſcipiat: curetqꝫ fideliter exercere. Officiū aūt cuiuſlibet certi tēpis ſpatio limitet. Nullus miniſter inſtituatur ad vitā: ſed eius miniſterium certū tempus comprehendat. Ad hoc miniſtri vt ſorores ciuitatis ⁊ loci cuiuſlibet ad viſitationem in aliquo loco religioſo vel in eccleſia vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe conueniant ⁊ viſitatorem habeant ſacerdotem qui alicuius approbate religionis exiſtat: quiqꝫ illis iniungat pniam de cōmiſſis exceſſibus ſalutarem: nec quis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officiū exhibere. Quia vero preſens viuendi forma inſtitutionem a beato frāciſco prelibato ſuſcepit: conſulimus vt viſitatores ⁊ informatores de fratrum minorum ordine aſſumantur. quos cuſtodes vel guardiani eiuſdē ordinis cum ſuper hoc requiſiti fuerint duntaxat aſſignet. Nolumus tamen congregationem huiuſmodi a laico viſitari. Huius autez viſitationis officium ſemel exerceatur in anno: niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. Incorrigibiles vero ⁊ inobedientes monitio ꝯgrua preueniat: qui ſi ſe corrigere non curauerint: de ipſius congregationis conſortio expellantur de conſilio omnium diſcretorum. Vitent huiuſmodi fratres ⁊ ſorores iuxta poſſe litigia inter ſe: illa (ſi ſuſcitari contigerit) dirimendo. Alioquin de iure coram illo reſpondeant apud quez ptās reſidet iudicandi. Ordinarij autem locorum vel viſitator cum fratribus ⁊ ſororibus vniuerſis: in abſtinentijs ieiunijs ⁊ auſteritatibꝰ alijs ex cauſa legitima (cum expedire viderint) poterūt diſpenſare. Miniſtri vero manifeſtas fratrum ⁊ ſororū culpas viſitatori denuncient puniendas. Et ſi quiſqꝫ incorrigibilis fuerit poſt trine admonitionis inſtantiaz a miniſtro diſcretorꝫ aliquorꝫ fratrū conſilio viſitatori annuncietur eidez de fraternitatis conſortio abijciendus ab ipſo in congregatione poſtmodū publicandus. Ceterum in premiſſis omnibus ad que fratres ⁊ ſorores veſtri ordinis non ex diuinis preceptis vel ſtatutis tenentur eccleſie: nullum ipſorum ad mortalē culpam volumus obligari: ſed impoſitā ſibi pniam ꝑ trāſgreſſiōis exceſſu prōpta humilitate recipiāt: ⁊ efficaciter ſtudeāt adimplere. Nulli ergo hoīm liceat hanc ⁊c̄. nr̄i ſtatuti ordinationis infringere ⁊c̄. Siqs ⁊c̄. Datum reate ſextodecimo kl's ſeptembris pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Sixtus epus ſeruus ſeruorum dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Ea que ex fideliuz deuotiōe ad dei oīpotētis ⁊ glorioſe virginis marie laudem ⁊ gloriam pie ordinata ſunt: vt firma ꝑmaneant, noſtre approbationis robore ſolidamus: ac fideles ipos ad deuotionis opera exercēda indulgentijs ⁊ remiſſionibus libenter inuitamus: vt exinde reddant diuine gratie aptiores maxime cum catholicorum principum id expoſcit deuotio: ⁊ hoc conſpicimus in dn̄o ſalubriter expedire. Sane ꝑ pte dilecti filij nobilis viri Franciſci ducis: ⁊ dilecte in xp̄o filie nobis mulieris margarite eius cōthoralis duciſſe britanie nobis fuit nuper ꝓpoſitū

Sixtus papa .iiij. approbat modū recitādi pſalteriū vginis glioſe: ꝯcedēs indulgentias vt infra.

ꝙ in ducatu britanie ⁊ pluribus alijs locis creſcente fidelium deuotioñe ab aliquo tempore citra innouatus eſt certus modus ſiue ritus orandi pius ⁊ deuotus qui etiã antiquis tꝑibus a xp̄i fidelibꝰ in diuerſis mũdi ꝑtibꝰ obſeruabat̃ videlicet ꝙ quilibet volens eo modo orare dicit quali bet die ad honorem dei ⁊ beatiſſime virginis marie ⁊ contra imminen-tia mundi ꝑpericula: totiens angelicam ſalutationem Aue maria quot ſunt pſalmi in pſalterio dauitico videlicet centies ⁊ quinquageſies: ſin-gulis decem ſalutationibus huiuſmodi: orationẽ dominicã ſemel pre-ponendo. Et iſte ritus ſiue modus orandi pſalterium virginis Marie vulgariter nuncupatur. Unde dux ⁊ duciſſa prefati propter ſingularem ⁊ ſynceram quam ad ipſam beatam virginem mariam gerunt deuotio nem: cupiunt ritum ſiue modum orandi predictum ad obſtruendũ ora aliquorum detrahentium per ſedem apoſtolicam approbari. Quare pro parte ducis ⁊ duciſſe ⁊ aliorum fidelium plurimorum nobis fuit hu militer ſupplicatum: quatenus ritum ſiue modum orandi huiuſmodi ap probare aliaſq; ſuper premiſſis opportune ꝓuidere de benignitate apo ſtolica dignaremur. Nos igitur tam ducis ⁊ duciſſe q̃ aliorum fideli-um piam deuotionem in chriſto habentiũ commendantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: prefatum pſalterium ſiue modum orandi pre dictum auctoritate apoſtolica tenore preſentium approbamus: illumq; tolerandum fore ac cunctis fidelibus eo modo orare debere ⁊ licere de-cernimus ⁊ declaramus. Et vt omnes ⁊ ſinguli chriſti fideles ad deuo-tionis opera ⁊ predicto modo orandum eo feruentius inducantur quo exinde animarum ſuarum facilius ſalutem conſequi ſperauerint: vniuer ſis ⁊ ſingulis chriſti fidelibus prefato modo orare volentibus vbilibet exiſtentibus preſentibus ⁊ futuris: pro qualibet vice qua ſic vt premitti-tur orauerint: pro qualibet quinquagena prefati pſalterij quinq; annos ⁊ totidem quadragenas indulgẽtie miſericorditer in domino relaxamꝰ preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obſtantibꝰ conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis ceteriſq; contrarijs qui-buſcunq;. Et quia difficile foret preſentes litteras ad ſingula loca in qui-bus illis opus eſſet ⁊c. volumus. ꝙ tranſumpto earum manu duorum notariorum alicuius eccleſiaſtice curie ſubſcripto ⁊ ſigillo alicuius prela ti ſeu in dignitate ⁊c. fides detur in oibus ⁊ per oia ⁊c. Nulli ergo ⁊c. Si quis aũt ⁊c. Datum rome apud ſanctũ petrũ. Anno milleſimo qua-dringẽteſimo ſeptuageſimo nono. ſeptimo idus maij pontificatus no ſtri Anno octauo.

Sixtus papa iiij. ꝯcedit: ꝯcele brãtibus ⁊ iter eſſẽtibꝰ diuino offici in feſto. ſ. bonauẽture in dulgẽtias hic ꝯtentas.

SIxtus ep̃us ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuã rei memoriã. Superna celeſtis ciuitas hieruſalẽ cuiꝰ eſt ꝑticipatio eiꝰ id ipm: ita oium ſaluatio ne letat̃: vt quoꝝ ꝑſtatiora ſũt merita: copioſiora ſumant gaudia p̃mioꝝ. Et infra. Inſup eadẽ auctate oibus vere penitẽtibꝰ ⁊ cõ feſſis qui in eadẽ dñica eccliam in q̃ eius ſanctiſſimũ corpus requieſcit deuote viſitauerint annuatim: ſeptẽ ãnos ⁊ totidẽ q̃dragenas: ijs vero

quí in alijs tpſbꝰ in ſingulis diebꝰ dñicis: cētū dies. Jllis aūt qui eccle-
ſias fratrū minoꝝ vbilibet ꝯſtitutas tā in die feſti ꝙ̄ in octauis diuinis
officijs interfuerint: ꝯſi̇tes indulgētias ⁊ pctōꝝ remiſſiōes q̄ in ſingulis
alioꝝ eiuſdē ordinis ſcōꝝ feſtis ex indultis apłicis generaliter ꝓmulga
tis romani pōtifices conceſſerūt de iniūctis eis penitētijs miſericorditer
in dño relaxamus elargimur atqꝫ remittimus. Datū rome apud ſanctuꝫ
petrū Anno milleſimo q̇dragínteſimo octogeſimo ſecundo: octauo kl's
maij pontificatus noſtri Anno vndecimo.

DILECTIS Jn xp̄o filiabꝰ vniuerſis abbatiſſis ⁊ ꝯuētibꝰ mona
ſterioꝝ monialiū ſancteclare vltra mōtes ꝯſiſtētiū ⁊ ſub cura ⁊ꝫ directio
ne vicarij generał ⁊ fratrū ordinis minoꝝ regularis obſuātie de gētiū.

ALEXANDER PAPA. VI.

DJlecte filie Salutem ⁊ apłicā
bñdictionē. Exponi nobis fecit dilectꝰ filiꝰ vicariꝰ genera
lis ordinis fratrū minorum regularis obſeruantie vltra
montanꝰ ꝙ lꝫ inter primeua inſtituta regularis ordinis
ſancte clare ſeu illoꝝ modificatiōes q̄ a ſede apłica emanarūt inter alia
caueaꝰ expſſe ꝙ in quolibet monaſterio monialiū vr̄i ordinis vnū tātuꝫ
oſtiū habeaꝰ ad intrādū clauſtrū ⁊ exeūdū cū opportunum fuerit in quo
nullū ſit oſtiolū vel feneſtra ⁊ illud fiet in ſublimiori pte monaſterij ꝙ̄tuꝫ
fieri poſſit ꝯueniēter itaqꝫ ad ip̄m oſtiū p ſcalā leuatoriā aſcēdaꝰ: q̄ ſca-
la p cathenā ferreā ex pte ſoroꝝ ſtudioſe ligata ⁊ cōpletorio dicto vſqꝫ
ad primā ſequētis diei ⁊ tpe diurne dormitiōis ⁊ viſitatiōis ſuſpēſa ſta
re debeat: niſi interdū aliud euidēs reqreret neceſſitas vel vtilitas mani-
feſta. Et ꝓpter neceſſitates aliqñ iminētes q̄ nō poſſent p ſupradictum
oſtiū vel rotā cōmode expediri i eiſdē inſtitutꝫ ſeu modificatiōibꝰ pmit-
taꝰ ꝙ aliud oſtiū inferiꝰ i loco decēti in mōaſterijs fieri poſſet p qđ ceterꝫ
tpſbꝰ itromitterēꝰ vł remitterēꝰ q̄ forēt opportūa qđ qđē ꝯtinue cēt cla
uibꝰ ferreis ſeris ⁊ repagulis ꝯmunitū ⁊ muro a pte exteriori muratum
ita vt nō poſſit aliq̄tenꝰ aperiri vel pſona inde loqui: ⁊ ipaꝝ neceſſitatuꝫ
tempore murus ipſe dirui ⁊ oſtiū ip̄m aperiri deberet ⁊ tunc apertū te-
neri q̇nto minꝰ fieri poſſꝫ (ſub tñ fida cuſtodia) expeditiſqꝫ neceſſitatibꝰ
clauibꝰ ſeris ⁊ repagulis extrinſecꝰ remuraretꝰ prout in eiſdeꝫ inſtitutis
ſeu modificationibus plenius dicitur cōtineri. Nihilominꝰ ordinatio-
nes ⁊ modificationes huiuſmodi quo ad oſtium habendum in ſublimi
loco monaſteriorum eorundem cum ſcala leuatoria: ⁊ quo ad clauſuram
oſtij inferioris muro aparte exteriori remurādi cum expediret non fue-
rant monialibus vtiqꝫ recepta ⁊ admiſſa nec hactenus obſeruata: dubi-
tatiſqꝫ ne propterea ſit veſtra onerata conſcientia ne ve dicatur vos in
ea parte inſtituta predicta non obſeruare. Paci igitur conſcientiarū ve
ſtrarum ⁊ fratrū dicti ordinis minoꝝ qui ad audiendas ꝯfeſſiōes vr̄as
deputati hactenꝰ fuerunt ⁊ pro tempore deputabuntur in premiſſis vo-
lentes opportune ꝓuidere; vos ⁊ q̄ pro tempore fuerint: ⁊ in futuꝝ ppe
tuo erunt vr̄oꝝ monaſterioꝝ abbatiſſas ⁊ moniales ad hñdum in ſubli-

Alex. papa. vi. conceditſeu diſpenſat cū monialibus. ſ. clare circa ſcalam ⁊ portam vt hic habetur.

mi parte monaſterioꝝ cũ ſcala leuatoria ⁊ aliud inferiꝰ muro a parte ex‑
teriori clauſum obligatas hactenus nõ fuiſſe nec eẽ in futurũ ad inſtitu‑
torum hmõi in ea parte obſeruationẽ nõ teneri: ⁊ ꝓ eo ꝙ oſtia predicta
in dictꝫ monaſterijs modo p̄dicto hactenus nõ habueritis: nec in p̄ntia‑
rum habeatis: ⁊ in futurũ nõ haberetis: nullũ ↄſcīe ſcrupulũ habere: de
cꝫ in obſeruantia regule veſtre in ea parte moribꝰ vtentiũ non recepta ⁊
non admiſſa notari non poſſe auctoritate ap̄lica p̄ntium tenore declara‑
mus: ⁊ pro potiori cautela vobis quo ad habendũ oſtiũ predictũ dece‑
tero in ſublimi parte monaſterioꝝ veſtroꝝ cum ſcala leuatoria: ⁊ tenen‑
dum oſtiũ inferiꝰ muro a parte exteriori muratũ nõ teneamini. Liceatcꝫ
vobis habere oſtiũ qđ in inſtitutis ſeu modificatiõibꝰ predictis vobis
ↄceditur in ſublimiori parte monaſterioꝝ veſtroꝝ in aliquo loco inferio‑
ri ↄmodo ⁊ ↄuenienti: ⁊ preter illud etiã aliud oſtium maius muratũ a
parte exteriori non clauſum. Et ne illud totum pro cuiuſlibet rei ⁊ perſo‑
ne intromiſſione aperiri oporteat: in eo oſtiolũ paruũ q̄ quidẽ ãbo oſtia
ſint clauibus feris ⁊ repagulis alias iuxta inſtituta predicta munita: ea‑
dem auctate ↄcedimꝰ. Nõ obſtãtibus premiſſis ac ↄſtitutiõibꝰ ⁊ ordina‑
tionibꝰ ap̄licis ceteriſcꝫ ↄtrarijs qbuſcũcꝫ. Datum rome apud ſanctum
petrum decimo kl's iunij anno milleſimo quadringenteſimo nonageſi‑
mo quinto. Pontificatus nr̄i Anno tertio.

COLLECTIS FILIIS vniuerſis frĩbus ordinis minoꝝ
regularis obſeruantie.

*Alex. papa. vi. ꝓhibet ne frẽs minores đ ob‑ſeruãtia ad cõ‑uẽtuales acce‑dẽtes ꝓpinqs ſuis iure here‑ditario ſucce‑dant.*

ALEXANDER PAPA. VI.

Dilecti filij Salutẽ ⁊ ap̄licã be‑
nedictionem. Cum intellexerimꝰ ꝙ plures fratres veſtri
ordinis auiditate in bonis parẽtũ propinquoꝝ vl' affiniũ
ſuoꝝ ſuccedẽdi familiã vr̄am ingredi: ⁊ ad fratres cõuẽ‑
tuales ob indulta illis deſup conceſſa ſe trãſferre in graue periculum ani‑
marũ ſuaruꝫ: obediẽtia familie quaꝫ ſemel deo vouerũt neglecta: in poſ‑
ſidendi cupiditates relabuntur malũ ipſum exemplũ: ⁊ religionis veſtre
vilipendiũ ac ſcandalũ plurimoꝝ. Nos trãquillitati dicti ordinis ⁊ obſ‑
nãtie vr̄e paterna charitate ↄſulere volẽtes: ſupplicationibuſcꝫ ꝓ parte
veſtra nobis deſup porrectis inclinati: ap̄lica auctoritate tenore preſen‑
tiũ decernimus nullũ ꝓfeſſorẽ dicte familie qui illã egrediat̄: parentibꝰ
propinquis vl' affinibꝰ ſuis in bonis eorũdem quouis modo ſuccedere:
nec aliquo indulto fratribus cõuẽtualibꝰ dicti ordinis ad id cõceſſo gau‑
dere. Nec etiã cõuẽtus occaſione profeſſoris ſic egrediẽtis ius aliquod
in hereditate vel quauis alia ſucceſſione bonoꝝ parẽtum ⁊ propinquoꝝ
p̄dictoꝝ quomodolibet acquirere ⁊ cõſequi poſſe ſeu debere. Premiſſis
indultis ac ſtatutis ⁊ cõſuetudinibꝰ dicti ordinis iuramẽto cõfirmatiõe
ap̄lica vel quauis firmitate alia roboratis: ceteriſcꝫ in contrarium faci‑
entibus non obſtantibus quibuſcũcꝫ. Et quoniã difficile eſſet preſentes
litteras ad ſingula quecꝫ loca in quibus forte opus eſſꝫ deferri: volumꝰ
⁊ pariter eadem auctoritate apoſtolica decernimus ꝙ illarum tranſum

ptis manu publici notarij ſubſcriptis ⁊ ſigillo alicuius prelati in eccleſiaſtica dignitate conſtituti munitis: ea prorſus fides indubia adhibeatur: q̄ preſentibus adhiberet ſi originaliter exhibite vel oſtenſe eſſent. Datum rome apud ſanctū petrū ſub annulo piſcatoris die quinto Aprilis Milleſimo quingenteſimo ſcōo Pōtificatus nri Annō. decimo.

Nicola. 4. phibet diuiſionē puinciarum abſq̄ ſedis aplīce licētia fieri.

NIcolaus epūs ſeruus ſeruorū dei. Dilectis filijs generali ⁊ puincialibus miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis minorum Salutē ⁊ aplīcam bn̄dictionē. Quia puinciarum ordinis veſtri diſtinctio in generali capitulo pridem dū adhuc felicis recordationis Gregorius papa. ix. predeceſſor noſter viueret celebrato: ſua in capitulo ipſo predeceſſore p̄fato exhibente preſentia facta fuit: licet poſtmodum fuerit duarum prouinciarum diuiſio ſubſecuta. Nos volentes vt predicta diſtinctio ſolemniter edita ſiue facta: ⁊ etiam prefata poſtmodum ſubſecuta diuiſio robur obtineat perpetue firmitatis: apoſtolica auctoritate ſtatuimus: ordinamus ⁊ diſtrictius inhibemus: ne de cetero aliarum prouinciarum predictarum alia diſtinctio ſeu diuiſio vel nouarum prouinciarum multiplicatio abſq̄ pōtificis romani preſentia: ⁊ ipſius licentia ſpeciali per eius patentes litteras concedenda facientes plenam ⁊ expreſſam de hmōi ſtatuto ordinatione ac inhibitione necnon dilecti filij noſtri. M. ſancte marie in portu diaconi cardinalis: cui gubernatio: protectio ⁊ correctio fratrum veſtri ordinis per ſedem apoſtolicam ſunt cōmiſſe: vel eius cui eas cōmitti contingerit in futurum quomodolibet preſumatur. Nos enim nihilominus irritum decernimus ⁊ inane: ſi ſecus in hac parte contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtri ſtatuti: ordinationis: inhibitionis ⁊ conſtitutōis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare p̄ſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum reate tertio idus maij Pontificatus noſtri Anno primo.

Six. pa. 4. declarat q̄liter ſe habeat ptector ordis circa fratres.

SIxtus epūs ſeruus ſeruorū dei. Ad ppetuam rei memoriā. Sacra minorum religio q̄ agrū militantis eccl̄ie ſanctis operibus ⁊ exemplis copioſiſſime fecūdat ⁊ ſapientie ſplendore catholicam illuſtrat eccl̄iam: tanto vberioribus fructibus fertilior eſſe conſpicitur: quanto in ſe quietior pmanet ⁊ conſiſtit ⁊ maior promptiorq̄ a ſubditis eiuſdem ordinis fratribus ſuis prelatis obedientia exhibetur nulliuſq̄ extrinſeci impedimenti perturbationibus agitatur ⁊ moleſtatur quin in ea caput vnum ſit ⁊ eſſe videatur a quo omnia dicte religionis negocia ⁊ cauſe adminiſtrētur: ⁊ cui omnes ⁊ ſinguli dicti ordinis fratres pareant: ⁊ illius ſubiaceant diſcipline. Dudum ſiquidem Gregorius. xi. predeceſſor noſter cognito q̄ nōnulli dicti ordinis protectores dum maiorem q̄ eis ex eiuſdem ordinis regula conceditur auctoritatē vendicare ⁊ vſurpare ſibi ipſis volue

rant:vera ſubditoꝝ prefati ordinis ad ſuos prelatos obedientia ſubmo
uebat.vnde ꝑturbationes incõuenientia multa inutiles fratrũ diſcurſus ⁊
grauia ſcandala fuerant exorta in magnam ipſius ordinis iacturam pre
iudiciũ ⁊ detrimentũ:lr̃as ſequẽtis edidit tenoris.GREGORIUS
ep̃us ſeruus ſeruoꝝ dei ad ꝑpetuã rei memoriã.Cũctos chriſti fideles ſu
per quibus curaꝫ ex debito officij ſummi pontificatus gerere obligamur:
per preſidentes eiſdeꝫ ſic charitatiue ſicq; ꝓuide ac iuſte cupimus guber
nari:ꝙ illi in viam mandatoꝝ dñi dirigantur:⁊ hi ex merito preſidialis
ſollicitudinis vberius ſuperne remunerationis premiũ nanciſcant.Sed
nos nimirum in illis deſideramus ardentius ⁊ affectuoſiori ſtudio pro
curamus:quoꝝ alij a mũdanis abſtracti ⁊ grauibus penitentijs dediti ce
leſtibus inhiant:⁊ ad illa per contẽplationis pennas ſuauius ⁊ altius ele
uantur vt aquile ⁊ cum maria parte optima perfruũtur.Alij vero ſanctã
ſollicitudinem marthe ſectantes:celebrationi diuinoꝝ vacant ſolertius.
Alij diſcunt ⁊ docent dei ſcientiã:⁊ alij plebem inſtruũt in eadẽ:alijq; fer
uẽtioris ſpũs ardore ſuccenſi nõ timẽtes ſed amantes barbaras natões
ad illaꝝ cõuerſionem pergunt intrepidi vt valeant ad dñicam areaꝫ mul
tos afferre manipulos:⁊ de talentis eis creditis bonam dño reddere rati
onem.Hi profecto ſunt fratres minoꝝ ordinis in dei eccleſia multiplici
bus ſplendoribus radiantes:quorum ſonus predicationis ⁊ ſanctitatis
opera pre ceteris religionũ profeſſoribus vſq; ad extremuꝫ terre noſcitur
exiuiſſe.Hi ſunt quos deus numero multiplicauit ⁊ meritis:quibuſq; ſi
cut ⁊ alijs bene currentibus in ſtadio militantis eccleſie eternũ brauium
quod certantes apprehendere ſatagunt elargitur.Et propterea nos de ipſis
digne curam vigilem gerimus vt eos in his ſanctis operibus nil impe
diat:nil perturbet:ſed ipſi opportuna quietis dulcedine potiantur.Sane
cum in beati Franciſci regula cuius ijdem fratres exiſtunt hec verba conti
neantur expreſſe:videlicet per obedientiam ad hec iniungo miniſtris vt
petant a domino papa vnum de ſancte romane eccleſie cardinalib⁹ qui
ſit gubernator:protector ⁊ corrector iſtius fraternitatis:vt ſemper ſubdi
ti ⁊ ſubiecti pedibus eiuſdeꝫ ſancte romane eccleſie ſtabiles in fide catho
lica paupertatem ⁊ humilitatem ⁊ ſanctum euangelium domini noſtri ie
ſu chriſti quod firmiter promiſimus obſeruemus:ijdem fratres exiſten
tes pro tempore huiuſmodi protectores dicte romane eccl̃ie cardinales
ſucceſſiuis temporibus petierunt a ſede ap̃lica ⁊ etiam habuerunt.Sed
aliqui eorundem protectoruꝫ putantes forte bene ⁊ licite a certis tempo
ribus citra ſuam poteſtatem nimium extendiſſe dicuntur in pluribus:ex
quibus in ip̃o ordine grauia perturbationes ⁊ ſcãdala ſunt exorta.Nos
igitur vt idem ordo in ſua primeua quiete remaneat:de virtute in virtutẽ
eat aſſidue ⁊ quibuſlibet amotis prepedijs eradicatiſq; ſpinis ⁊ tribulis
fructum non ſolum conſuetum ſed etiam vberiorem afferat ad radicaleꝫ
ſubmotionem turbationũ ⁊ ſcandalorum huiuſmodi iam exortoruꝫ ⁊ ne
oriantur in poſterum prouidere:ac eiuſdeꝫ ordinis protectoribus q erũt
pro tempore cum nullus ſit ad preſens ordinis prefati ꝓtector tranſgreſ
ſionis ſue poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupientes:aucta

te apoſtolica eiſdem protectoribus diſtrictius inhibemus ne preſumant
quecunq; ordinata: ſtatuta ſiue diſpoſita aut ordinanda: ſtatuenda ſeu diſ
ponēda per generalia vel prouincialia aut cuſtodialia capitula infringe
re: reprobare: corrigere: ſuſpendere aut diſpenſare ſuper ipſis ſeu contra
ea vel eorum aliquid quomodolibet immutare: niſi contra premiſſos ar-
ticulos in prefata regula vt prefertur vel aliquem ipſorum exiſteret mani-
feſte: aut quēcunq; prelatum ſeu officialem dicti ordinis ſeu alicuius loci
eiuſdem quocunq; nomine nūcupetur ponere ſeu inſtituere aut depone-
re deſtituere ſeu priuare aut a ſuo officio ſuſpendere ſeu impedire ſup eiꝰ
libero exercitio quouis modo: aut aliquem fratrem ordinis antedicti ad
lectoriatum aut quācunq; lecturam ſeu ſtudium vel gradum promouere
aut ꝓmotos ab eis remouere ſeu etiam reuocare aut de loco ad locū mit
tere aut mutare ſiue alicui fratrum eorundē eundi ad quodcūq; monaſte-
taris miniſterio miniſtrare: ⁊ tā ipi irregulares q̄ defectū nataliū patiē
tes ꝑdicti ad quaſcūq; adminiſtrationes ⁊ officia dicti ordinis eligi: reci
pi: ⁊ aſſumi illaq; gerere ⁊ exercere libere ⁊ licite valeāt: motu ſciētia ⁊
auctē ꝑdictis cōcedim⁹ p p̄ntes.

q miniſtri ⁊ vicarij poſſint diſpēſare cum irrigularib⁹ et dfectū nataliū patientibus.

Rurſus intelleximus q ⁊ ſi bone me
morie ioānes papa .xxij. ꝑdeceſſor nr̄ illoꝝ opinionē q aſſerebāt q con
feſſi fratrib⁹ ꝑdicti ordinis ⁊ alioꝝ ordinū mendicantiū ad audiendas
cōfeſſiones iuxta iuris diſpoſitionē deputatoꝝ ꝓ tpe: tenebātur eadē
peccata rectori eoꝝ parrochialis eccl'ie iteꝝ ꝯfiteri reprobauerit: ⁊ dein
de p̄fat⁹ eugeni⁹ ꝑdeceſſor reprobationē hmōi approbauerit: ꝯ talia aſ
ſerētes tanq̄ de hereſi ſuſpectos per locoꝝ ordinarios inquiri ⁊ ꝓcedi
mādauerit: ac ſucceſſiue pie memorie Nicola⁹ papa .v. ſimilr ꝑdeceſſor
nr̄ geſta in premiſſis ab eiſdē ioāne ⁊ eugenio ꝑdeceſſorib⁹ robur ꝑpe
tue firmitatis obtinere dbere decreuerit: nihilomin⁹ adhuc nōnulli eoꝝ
inherētes ꝓteruie: opinionē predictā ⁊ deſup factos: dānatos male ſo
nantes ac reprobos articulos veros eſſe affirmare nō verētur: vt taliū
preſūptuoſa temeritas tāto min⁹ inualeſcat quāto pluriū erit ſupiorū
correctioni ſubiecta cōceſſam cōtra tales p eiuſdē eugenij predeceſſoris
lr̄as locoꝝ ordinarijs facultatē ad inq̄ſitores heretice prauitatis exten
dimus ac volum⁹ q inq̄ſitores ipi qcūq; fuerint eadē q̄ ordinarij cōtra
tales auctoritate fungant.

q ꝯfeſſi fratribus nō teneāƭ iterū ſuis curatis eadē peccata cōfiteri.

Poſtremo cū predicatoꝝ ſicut ⁊ ꝑdicti mi
norū ordinum profeſſores pro fidei catholice dilatatione continue in
defeſſe laborēt fructuſq; afferāt in dei eccl'ia ſalutares ⁊ ꝓpterea fuerint
varijs p ſedē ꝑdictā priuilegijs decorati: vt quos par labor pariaq; me
rita cōiungūt: paria cōiungāt ꝓuilegia ⁊ fauores. cōcedim⁹ eiſdē ordi
nis minoꝝ ꝓfeſſorib⁹: vt cōceſſis fratrib⁹ ꝑdicatorib⁹ ⁊ eiſdē ꝑdicatoꝝ
ordinis fratrib⁹ vt ꝑmiſſis ⁊ alijs cōceſſis ꝑdictis fratrib⁹ minoribus
priuilegijs: indulgētijs: gratijs: fauorib⁹ ⁊ indultis tā ſpūalib⁹ q̄ tēpo
ralib⁹ a ꝑdictis ⁊ alijs romanis pōtificib⁹ ꝑdeceſſorib⁹ nr̄is ⁊ alijs au
ctoritatē hntib⁹: queoīa ac ſi nōiatim exꝑmerētur hēri volum⁹ hic ꝓ ex
preſſis ⁊ nr̄e approbatiōis munimine ſolidamus ac decernim⁹ robur

q fratres ꝑdicatores gaudeāt eiſdē priuilegijs qbus miores ⁊ ecōuerſo.

Pene q̄i ponunt p̄latis ⁊ aliis turbātibꝰ ſeu moleſtātibus frēs

ꝑpetue firmitatis obtinere: potiri ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeāt perpetuis futuris tp̄ibus in omnibꝰ ⁊ per oia prorſus ⁊ ſine vlla differentia perinde ac ſi que vni ex ordinibus predictis ſunt conceſſa: vtriq; ſimul nominatim conceſſa fuiſſent aut cōderētur impoſterū: ⁊ q̄ d̄ magiſtro generali ⁊ ꝓuincialibꝰ prioribus dicti ordinis predicatorū ac monaſteriis monialiū ſub eorūdē fratrum predicatoꝝ cura ⁊ ſecūdū ipius ordinis predicatorū inſtituta viuentiū ſunt ſtatuta: in generali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris ⁊ vicariis dicti ordinis fratrū minorū ⁊ monaſteriis monialiū dicti ordinis ſancte clare ⁊ minoriſſarū ⁊ ſancti damiani nūcupatarum ⁊ econtra cenſeanť eſſe ſtatuta: diſtrictius inhibētes eiſdē locorū ordinariis ſub interdicti ingreſſus eccl'ie ⁊ ſuſpenſionis a regimine ⁊ adminiſtratione ſuarū eccl'iarū ac rectoribus ⁊ aliis q̄buſcūq; ſub excōicatiōis late ſentētie ⁊ priuationis eorūdē parrochialiū eccl'iarū ac oium aliorū beneficiorū eccl'iaſticorū q̄ obtinēt: necnō inhabilitationis ad illa ⁊ alia impoſterū obtinēda penis eo ipſo per eos q̄ cōtra fecerint incurrendis: ne ordines p̄dictos fratrū predicatorū ⁊ minorū ⁊ illoꝝ domos ⁊ profeſſores preter aut cōtra predictorū clementis aut eugenii predictoꝝ ⁊ alioꝝ quorūcunq; predeceſſorū nſoꝝ ⁊ p̄ſētiū lr̄aꝝ nr̄arū tenorē inquietare ſeu moleſtare ⁊ eos aut teſtamentorū vltimarūq; volūtatū executores ⁊ heredes predictos ſeu quoſcūq; alios directe vel indirecte ad ſolutionē alicuiꝰ q̄rte parrochialis ſeu canonice vel alterius portionis ſeu oneris: ⁊ ad faciendū celebrari aliq̄d officiū in eoꝝ eccl'iis vel alibi dum apud ipſos frēs decedentiū cadauera tumulātur añ vel poſt eoꝝ ſepulturā cogere: nec cōfeſſis dictis fratribꝰ p̄dicatoribꝰ ⁊ minoribꝰ ꝓ tp̄e: eucharíſtie ſeu extreme vnctionis ſacramēta ſine rationabili cauſa denegare vel illorū exhibitionē malicioſe differre: aut eoꝝ parrochianis ne dictis fratribus confiteātur ꝓhibere vel perſuadere: nec etiam ad p̄miſſa ſeu aliquod premiſſorum auxiliū conſilium vel fauorē dare directe vel indirecte quoquomō preſumant. Et nihilominus cuilibet in dignitate eccleſiaſtica conſtituto ⁊ metropolitane vel alterius cathedralis eccleſie canonico per vniuerſum orbem qui deſup per dictorum ordinū priores aut guardianos ⁊ frēs ac illoꝝ ſeu ad cōmodū eoꝝ romane eccleſie ſyndicos deſup requiſitꝰ fuerit per ap̄lica ſcripta inſolidū mādamus: quatenꝰ per ſe vel aliū ſeu alios p̄miſſa vbi ⁊ qñ opꝰ fuerit ſolēniter publicātes ⁊ eiſdē fratrum predicatorum ⁊ minoꝝ ordinibus ⁊ illoꝝ domibus ac ꝓfeſſoribꝰ in premiſſis efficacis defenſiōis p̄ſidio aſſiſtentes: faciāt eos pacifica poſſeſſiōe vel quaſi ꝑuilegioꝝ ⁊ ↄceſſionū hmōi gaudere: nō ꝑmittentes eos ſeu teſtamētorū executores ⁊ heredes p̄dictos contra illoꝝ tenorem per ordinarios ⁊ rectores predictos aut quoſcūq; alios indebite moleſtari: aut eis grauamina iniurias atq; dāna inferri ſeu quomodolibet irrogari etiā ſūmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicii ſola facti veritate inſpecta ↄtra quoſcūq; cuiuſcūq; q̄litatis vel ↄditiōis exiſtāt ⁊ quacūq; eccl'iaſtica etiā p̄rochiali archiep̄ali ⁊ ep̄ali vł mūdana forēt dignitate ⁊ exēptiōe muniti. In q̄buſcunq; cauſis ꝓ eos mouēdis q̄cūq; rōne vł cā q̄ excogitari poſſit: miniſtrēt eis iuſticie cō

ↄcedit ↄſeruatores fribꝰ ad ꝓcedendū in cāis ſuis

plemētū exequendo qđ ꝑ eos fuerit ordinatū: ⁊ illos quos cenſuras ⁊
penas p̄dictas incurriſſe ꝯſtiterit irritos eē declarent ⁊ faciāt: ⁊ mādent
interdictos ſuſpēſos ⁊ excōicatos publice nūciari ⁊ ab oībus arctiꝰ eui-
tari: ⁊ legitimis ſuꝑ his habēdis ſeruatis ꝓceſſibꝰ illos quotiēs opus
fuerit iteratis vicibꝰ aggrauare ꝓcurēt. Cōtradictores auctāte nr̄a ap
pellatiōe poſtpoſita ꝯpeſcēdo inuocato ad hoc ſi opꝰ fuerit auxilio bra
chij ſecularis. Nō obſtātibus ꝯſtitutiōibus recolēde memorie bonifacij
pape. viij. qbus cauet̄ neqꝫ extra ſuā ciuitatē ⁊ dioceſim niſi in certis ca
ſibꝰ exceptis ⁊ in illis vltra vnā dietā a fine ſue dioceſis ad iudiciū euo
cet̄: ſeu ne iudices a ſede ap̄lica deputati extra ciuitatē ⁊ dioceſim in q-
bus deputati fuerint ꝯtra quoſcūqꝫ ꝓcedere aut alij vel alijs vices ſuas
ꝯmittere p̄ſumāt: ⁊ de duabꝰ dictis in ꝯcilio generali: necnō q̄ incipiūt
ſuꝑ cathedrā bonifacij: ⁊ dudū vienēſis ꝯcilij: ac recolende memorie ca
lixti pape. iij. etiā p̄deceſſoris nr̄i lr̄is alijſqꝫ ap̄licis atqꝫ etiā ꝓuinciali
bus ⁊ ſynodalibꝰ ꝯcilijs editis ſpālibꝰ vel generalibꝰ: necnō ⁊ octonis
⁊ octoboni olim in regno anglie ap̄lice ſedis legatoꝝ ꝯſtitutiōibꝰ: eccle
ſiarū q̄ꝫ ac locoꝝ quorūlibet ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibus: ⁊ inter quoſcūqꝫ
dictoꝝ ordinū fratrū p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ꝓfeſſores ac locoꝝ ordinarios
ſeu rectores p̄dictos initis ⁊ ꝯcluſis ac hactenꝰ obſeruatis pactis ⁊ cō
uētiōibꝰ etiā iuramēto ꝯfirmatiōe ap̄lica vel q̄uis firmitate alia robo-
ratis: necnō oībꝰ ⁊ ſingul' q̄ clemēs ⁊ eugeniꝰ p̄fati in p̄dictis eoꝝ lr̄is
voluerūt nō obſtare ꝯtrarijs qbuſcūqꝫ: quibus oībus (illa ac ſi de v̄bo
ad verbū insererent̄ ⁊ derogatoriarū derogatorias clauſulas in ſe ꝯtine
rēt) p̄ntibꝰ ꝓ expr̄ſſis hn̄tes (illis alias in ſuo robore pmanſuris) quoad
p̄miſſa ſpāliter ⁊ expr̄ſſe derogamꝰ. Aut ſi patriarchis archiep̄is ep̄is ⁊
rectoribꝰ p̄fatis ſeu qbuſuis alijs cōiter vel diuiſim a ſede p̄fata indultū
exiſtat q̄ interdici ſuſpēdi vel excōicari aut vltra vel extra certa loca ad
iudiciū euocari nō poſſint ꝑ lr̄as ap̄licas nō faciētes plenā ⁊ expr̄ſſā ac d̄
verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē: ⁊ q̄libet alia dicte ſedis in-
dulgētia generali vel ſpāli cuiuſcūqꝫ tenoris exiſtāt ꝑ quā p̄ntibus non
expr̄ſſā vel totaliter nō inſ̄tas effectꝰ earū ⁊ ꝯceſſa i eis iuriſdictiōis exe
cutio impediri poſſit quomodolibet vel differri ⁊ de qua cuiuſqꝫ toto
tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpālis. Nos enim ex nunc
illa ⁊ quecūqꝫ alia que in futurū ꝑ nos vel ſedē ap̄licā quomodolibet
ꝯcedi: ſtatui: decerni: vel ordinari ꝯtigerint ꝯtra clemētis eugenij alioꝝ
q̄ꝫ p̄deceſſorū p̄dictorū ⁊ p̄ntium lr̄arum hmōi tenorē: necnō ſi ſecꝰ ſuꝑ
his a quoq̄ꝫ quauis auctāte ſcienter vel ignoranter attentari contigerit:
irrita ⁊ inania nulliuſqꝫ roboris vel momēti eſſe decernimus. Et quia
difficile foret p̄ntes lr̄as ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare:
volumꝰ ⁊ dicta auctāte decernimꝰ q̄ trāſūptis earū manu notarij publi
ci ⁊ curie cārū camere ap̄lice aut alicuiꝰ ep̄al' vel archiep̄alis ſigillo mu
nitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicunqꝫ exhibita vel oſtenſa fuerint
fides adhibeatur acſi originales lr̄e forent exhibite vel oſtenſe. Nulli er
go oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄oꝝ approbatiōis: ꝯſtitutiōis: ordi
nationis; ſtatuti; decreti; conceſſionis; indulti; volūtatis; applicatiōis;

inhibitionis:extẽſiõis:ſolidatiõis:mãdati:⁊ derogationis:infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si qs aũt hoc attentare pſumpſerit: indignationem oĩpotentis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ rome apud ſanctũ petrũ. Anno incarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo quarto pridie kl's ſeptembris pontificatus noſtri anno, quarto

Sixt⁹ papa qr tus approbat lr̃as ſuoꝝ predeceſſorum d̃ ꝓcuratore iſtituẽdo ꝑ ꝑlatos ordinis: ⁊ ꝯcedit: frẽs ſuccedere poſſe acſi cẽnt in ſeculo. Qd̃ poſtea declarauit nõ habere locũ i obſuãtib⁹. vt patet. fo. xxij.

Sixtus ep̃us ſeruus ſeruorum dei ad ꝑpetuã rei memoriã. Dũ fruct⁹ vberes quos ſacri ordinis fratrum minorum ꝓfeſſores circa ꝓpagationem religionis ⁊ fidei in agro militantis eccleſie per incremẽta temporum magnis laboribus crebris vigilijs ⁊ indefeſſo animo produxerunt hactenus ꝓducunt ac in futurũ producturos ſpe firma confidimus diligenter attendim⁹: dignũ cenſemus ⁊ congruũ: vt in ijs que illoꝝ ꝓſperitates ⁊ cõmoda cõcernere poſſent eos benignis fauoribus ꝓſequamur. Dudũ ſiquidem felicis recordationis. Martinus papa qrtus p̃deceſſor noſter cupiẽs honeſta adhibere remedia qb⁹ dicti ordinis pura obſeruãtia in ſuo vigore ſeruaret: ⁊ vt frẽs eiuſdẽ ordinis excluſis qbuſlibet ſollicitudinib⁹ liberi⁹ ⁊ qeti⁹ diuinis vacarẽt obſequijs: ac offerẽtiũ ⁊ donãtiũ aut in vltima volũtate relinquẽtiũ dicto ordini ſeu illi⁹ frib⁹ aliqd̃ ꝓpter deũ pia intẽtio nõ fraudaret: romana quoq; eccl'ia ad quã oĩum reꝝ mobiliũ ⁊ imobiliũ qb⁹ frẽs ipſi vti pñt ius ꝓprietatis ⁊ dñiũ nullo medio ptinet: ⁊ ad quã frẽs ipi quotiẽs neceſſitas igruebat vel vtilitas pſuadebat recurrere ſoliti erãt a cura ⁊ ſollicitudine ꝓuidendi eorũdem fratrũ neceſſitatib⁹ releuaret: necnõ heredũ ⁊ executoꝝ piarũ volũtatũ defũctoꝝ etiã negligẽtijs obuiaret: ipiq; frẽs ſcd̃m modos ꝑmiſſos ⁊ licitos relictis ſibi elemoſinis gaudere valerẽt: ꝑ qſdã lr̃as ſuas aplica auctate ⁊ de ptãtis plenitudine voluit: ſtatuit ⁊ decreuit: q ſpãles pſone ꝑ generalẽ ac ꝓuinciales miniſtros ac cuſtodes dicti ordinis noiande in p̃miſſis adminiſtrationẽ legitimã gñalẽ ⁊ liberam dicta auctate gererẽt ⁊ veri legitimiq; adminiſtratores ſeconomi ſyndici ⁊ actores cẽnt: ac res ipas ⁊ coꝝ p̃ciũ p̃dictaſq; elemoſynas noie ipi⁹ romãe eccl'ie recipent ⁊ in ipoꝝ frũm vtilitates ꝓut eis liceret ex regula vl' eius d̃clarationẽ ſicut ⁊ qñ ab eiſdẽ gñali ⁊ aliq ex ꝓuincialib⁹ miniſtris cuſtodib⁹ i ꝓuincia vl' cuſtodia ſibi decreta vl' ab eiſdẽ frib⁹ de ipoꝝ gñalis vl' ꝓuincial' miniſtri ac cuſtodis aſſenſu forẽt reqſiti: ꝯuertere poſſẽt ⁊ deberẽt cũ plena gñali ⁊ libera ptãte petẽdi: exigẽdi: recipiẽdi: alienandi: trãſigẽdi: paciſcẽdi: ꝯueniẽdi: ꝯpromittẽdi: renũciãdi: refutãdi: qetationẽ faciẽdi: ꝯparẽdi: agẽdi: defẽdẽdi: ac in aĩaz coꝝ de calũnia vitãda ⁊ de v̾itate dicẽda iurãdi: ⁊ cuiuſlibet alteri⁹ generis iuramẽtũ p̃ſtãdi cũ illis ⁊ contra illos qui hmõi res mobiles ⁊ imobiles aut p̃ciũ earũ vel relictas elemoſynas frib⁹ i teſtamẽtis occuparẽt vl' violẽt auferẽt ſine ꝯ volũtatẽ frũz q̃mõlibet detinerẽt: ⁊ gñal'r i oĩb⁹ cãis ꝓ reb⁹ ⁊ locis hmõi ad ipam romanã eccl'iam ſpectãtibus ipſorum fratrũ vſui cõceſſis: necnon pro immunitatibus: libertatibus: iuribus: ꝑuilegijs ⁊ indulgentijs

eoꝝ:ſine cuiuſlibet dationis aut cautionis onere prefata auctoritate in
iudicio ⁊ extra plenam generalē ⁊ liberam poteſtatē haberēt. Conceſſit
quoq; eiſdē generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris necnon cuſtodib⁹ plenā
generalē ⁊ liberam poteſtatē ꝑſonas huiuſmodi q̄ nō eſſent de dicto or
dine pro ſingulorū locoꝝ indigentia nominandi: ⁊ perſonas eaſdem ac
earum quālibet reuocādi: ⁊ eoꝝ loco alios ſubrogandi vel nominandi
per ſupradictum modū nominationis quotiens opportunū foret qui
eādem in predictis vel ſimilē haberēt poteſtatem. Et deinde pie memo
rie Martinus papa. v. etiam predeceſſor noſter ꝑ alias litteras ſuas cō
ceſſit prefato generali (donec aliud per ſedē apoſtolicā foret ordinatū)
facultatē concedendi procuratorib⁹ domoꝝ ⁊ locorum dicti ordinis ꝓ
tempore exiſtentib⁹ vt poſſeſſiones ⁊ bona quecūq; mobilia ⁊ immobi
lia ac annuos prouentus hactenus prefato ordini ⁊ eius cōuentib⁹ reli
cta ⁊ in poſterū relinquenda aut alijs nominibus acquiſita vice ⁊ nōie
romane eccl'ie recipere: tenere: ⁊ poſſidere: ac ipſoꝝ fructus reddit⁹ ⁊ ꝓ
uentus: petere exigere ⁊ percipere ipſoſq; in cōmodum ⁊ vtilitatē ipſo-
rum fratrum conuentuū ⁊ locoꝝ eorūdez ⁊ alias in vſus eius quib⁹ reli
cta ⁊ deputata forent dūtaxat: ⁊ de ipſoꝝ fratrū conſilio requiſitione ⁊
aſſenſu conuertere ⁊ exponere poſſent ⁊ deberēt prout in ſingulis dicto
rum predeceſſoꝝ litteris huiuſmodi plenius continetur. Cum aūt ſicut
exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij zaneti de vtino dicti ordinis
generalis miniſtri ⁊ theologie profeſſoris petitio cōtinebat: noſq; etiaz
dū in minoribus conſtituti ipi⁹ ordinis generalis miniſtri fungeremur
officio experientia cōprobauim⁹: dicti ordinis fratres dn̄o benedicen-
te pullulauerint ꝙ ꝓpter eorum multiplicationē frigeſcente nōnunq̄
erga eos in nōnullis mundi partibus fideliū charitate ex incerta men
dicitate ⁊ minutis elemoſynis ſe ſuſtentare: ⁊ illis qui ſacre theologie
ſtudijs vt eoꝝ ingenia rore ſapiētie illuſtrata multos ad fertiles actus
dirigere poſſent operam prebēt neceſſaria miniſtrare: ſtructuras ⁊ edi-
ficia domoꝝ dicti ordinis cōſeruare nō poſſint illaq; plurimū ad ruinā
tendere dignoſcātur: ⁊ a nōnullis reuocetur indubiū, an perſone ꝑ eoſ-
dem generalē ⁊ prouinciales miniſtros ac cuſtodes iuxta litteras pre-
fati martini quarti predeceſſoris noſtri ꝓ tempore nominate heredita-
tes in quib⁹ domus ſeu fratres dicti ordinis aut domoꝝ eorūdem eccle
ſie vel capelle aut picture ſeu fabrice inſtituūtur vel ſubſtituūtur: ⁊ que
ad eos (ſi capaces forēt) alias deuoluerētur petere conſequi ⁊ habere
poſſint nōie prefate romane eccleſie: ⁊ bona hereditatū earūdez vende
re ⁊ in vſus licitos eorūdem fratrū conuertere valeāt iuxta predictaruz
litterarū continentiā: fuerit q; ꝓpterea pro parte dicti zaneti de vtino
nobis humiliter ſupplicatum vt voluntatē: ſtatutū: decretū: ꝯceſſiones
ac quaſcūq; alias litteras a ſede ap̄lica circa premiſſa dicto ordini con-
ceſſas ac in illis contēta dicta predeceſſoꝝ pro illorum ſubſiſtentia fir-
miori noſtre approbatiōis munimine roborare; ac alias predictoꝝ fra
trum neceſſitatib⁹ opportune prouidere de benignitate ap̄lica digna-
remur, Nos igitur p̄fati ordinis ꝗ omniū cōditori gratiſſimus ē ⁊ pie

deuotioni fideliū acceptꝰ: vt illius perſonaꝝ quaꝝ predicatioībꝰ verbi
⁊ euāgelice veritatis ſacrorūq; eloquioꝝ explanatione conſilijs ⁊ chari
tatiuis admonitionibꝰ fideles ipi circa aiaꝝ ſuaꝝ ſalutē magna cōmo
da conſequūtur: ſtatū proſperum ⁊ felicē intenſis deſiderijs affectātes
necnō pias decedentiū quoꝝ amplius nō redit arbitriū voluntates exe
cutioni mandari: ⁊ ex eis q̄ diuine ꝓpiciationis intuitu pia largitione
fidelium concedūtur ſtructuras ⁊ edificia domoꝝ dicti ordinis ac ſtu-
dium ſacre theologie in ordine predicto manu teneri: ⁊ eiuſdeꝫ ordinis
profeſſoribꝰ huiuſmodi ſtudio vacare volentibus vt id cōmode facere
poſſint ſubueniri: chriſtiane rei publice per maxime vtile ac neceſſariuꝫ
fore ac inter ſūme meritoria ⁊ deo grata opera nō immerito cōnumera
ri poſſe ⁊ debere putari: huiuſmodi ſupplicationibꝰ inclinati predictas
⁊ quorūcūq; alioꝝ romanoꝝ pontificum etiaꝫ predeceſſoꝝ noſtrorū ⁊
preſertim recolēde memorie eugenij pape quarti circa premiſſa dicto
ordini ſimiliter cōceſſas litteras aplicas ⁊ in eis contēta dicta auctori-
tate aplica ⁊ ex certa ſciētia ac de plenitudine poteſtatis ſupradicte pre
ſentiū tenore approbamus: ac robur perpetue firmitatis obtinere ⁊ ob
ſeruari debere decernimꝰ. Et nihilominꝰ volumus ac eiſdē auctoritate
ſcientia ⁊ poteſtatis plenitudine ſtatuimus ⁊ ordinamus: q̄ decetero
perpetuis futuris tēporibꝰ inſtitutiones ⁊ ſubſtitutiones: relicta: lega-
ta: donationes inter viuos ⁊ cauſa mortis: alieq; pie ⁊ nō pie diſpoſitio
nes q̄cunq; quocunq; noīe nuncupentur tā ſimplices ⁊ pure q̄ꝫ cōditio
nales ⁊ modales: fratres ⁊ domos dicti ordinis ipaꝛūq; domoꝝ eccle
ſias: capellas: picturas ⁊ fabricā ſeu illorum cōmodū ⁊ fauorē quomo
dolibꝫ cōcernētes hactenus facte ⁊ in poſterū ꝑpetuis futuris tēpori-
bus faciēde: etiā ſi in tēpore inſtitutionū: ſubſtitutionū relictoꝝ fidei cō
miſſoꝝ: legatorum: donationū: aliarūq; diſpoſitionū hmōi fratres ipſi
in quorū fauorē emanarēt nōdum ordinē predictū ingreſſi forēt: eideꝫ
romane eccl'ie ⁊ de illa ordini ⁊ fratribus ac locis eorūdeꝫ facte eſſe intel
ligātur: ⁊ eūdem plenariū ſortiātur effectū quē ſortirētur ſi nominatiꝫ ⁊
expreſſe prefate romane eccl'ie ⁊ de illa ac in eius fauorē facte forēt: nec
poſſint pretextu incapacitatis eorūdem fratrū quouis modo de inuali-
ditate notari. Hereditates vero que eiſdē fratribus ſi in ſeculo forēt ab
inteſtato defferrētur prefate romane eccl'ie que ipoꝝ fratrum locū quo
ad hoc tenet deferātur: ipa quoq; romana eccl'ia quo ad hereditates ⁊
bona q̄ ordinem ipm ingrediētes ſub conditione mortis eoꝝ ſine filijs
reſtituere grauati ſunt: filioꝝ locū teneat: ſicut tenēt monaſteria ꝓpriuꝫ
hñtia in cōi: ſi tales grauati illū igreſſi forēt. Quodq; eadē romana eccl'ia
⁊ ꝑ ea illiꝰ ſyndici iuxta lraꝝ p̄dictaꝝ martini q̄rti p̄deceſſoris nr̄i p̄fa
ti tenorē ꝓ tpe nōiati in ſubſtitutionibꝰ: relictis: legatis: donationibus:
alijſq; pijs ⁊ nō pijs diſpoſitiōibꝰ p̄dictis: necnō ex illis q̄ ab inteſtato
ꝓfeſſoribꝰ dicti ordinis (ſi capaces forēt) deferrent: hereditatibꝰ ⁊ bo
nis q̄ ingrediētes ordinē ipm ſub ꝯditione mortis eoꝝ ſine filijs reſti
tuere grauati ſunt id totū petere ꝯſeq ⁊ hēre poſſint: ac ſi inſtitutiōes:
ſubſtitutiōes: relicta: legata: donationes alieq; diſpoſitiōes hmōi: in

ipſius romane eccl'e vtilitatē noīatis emanaſſent vl' emanarēt: ipſe[que] ab inteſtato hereditates ipſi romane eccl'e ſiue ipi⁹ fiſco delate forent: ⁊ q[uo]d retinerēt filij taliū d̄ reſtituēdo ſub ꝯditiōe mortis ſine filijs grauatoꝝ ſi extarēt. Habeāt q̄[que] ſyndici p̄fati circa p̄miſſa parē: quā idē martin⁹ q̄rt⁹ p̄deceſſor eos hēre voluit circa in eiſdē lr̄is ſuis ꝯtentā facultatez. Volum⁹ tū ꝙ bona q̄ eos nōie eiuſdē romane eccl'e p̄miſſaꝝ ⁊ p̄ſtitiuz litterarū tenorꝫ vigore cōſeq ꝯtigerit iuxta earūdez tenorē alienare ⁊ in vſus licitos eorūdē fratrū (p̄ſertim in fabricā ⁊ reſtaurationē ſtructurarū ⁊ edificioꝝ domoꝝ fratrū eorūdē necnon manutētionem ſtudij ſacre theologie ⁊ ſtudētiū in illa ſuſtētationē) cōuertere debeāt ⁊ teneant̄ de cōſilio ⁊ aſſenſu fratrū ⁊ capituli cōuēt⁹ vl' loci cui talia relicta ⁊ legata ſunt au[c]te dicti geñalis vel miniſtri ꝓuincialis etiā accedēte. Non obſtātib⁹ cōſtitutionīb⁹ ⁊ ordinationīb⁹ ap̄licis ac dicti ordinis regl'aribus inſtitutis ⁊ illoꝝ declarationib⁹: necnō iuramēto cōfirmatiōe apoſtolica vl' q̄uis alia firmitate roboratis ſtatutis: cōſuetudinib⁹: ceteriſ[que] cōtrarijs q[ui]buſcū[que]. Nulli ergo oīno hōminū liceat hāc paginā nr̄e apꝓbationis: decreti: volūtatis: ſtatuti ⁊ ordinationis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt h̄ attētare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū rome apud ſanctū petrū Anno incarnatiōis dn̄ice Millesimo q̄drin gēteſimo ſeptuageſimo p̄mo pridie kl's martij Pōtificat⁹ nr̄i anno. i.

Lemens epūs ſeruus ſeruorū dei dilectis filijs magr̄o ⁊ fratrib⁹ ordinis p̄dicatoruz necnō miniſtro geñali ordinis fratrum minoꝝ Salutē ⁊ ap̄licā bn̄dictionē. Obtētu diuini nōis cui⁹ cultui ſub ſacre veſtre religionis obſeruantia ſtudetis mente deuotiſſima deſeruire: votis veſtris libenter annuimus ⁊ petitiones veſtras in his que digne depoſuiſtis fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidez veſtra fuit propoſitū corā nobis ꝙ nōnulli prelati clerici ⁊ laici in diuerſis mūdi partibus cōſtituti aſſerētes vos mūdo fore mortuos nec valētes propriuz poſſidere: vos occaſione huiuſmodi a quibuſlibet ſucceſſionib⁹ excludere moliūtur. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatū: vt ne cōtingat vos propter huiuſmodi preſumptionē taliū aliquod incurrere nocumentū: congruū remediū adhibere paterna diligentia curaremus. Nos ita[que] veſtris petitionibus benign[i]us attēdentes auctoritate apoſtolica declaramus: ꝙ vos in temporalibus bonis in quib⁹ ſuccederetis in ſeculo exiſtētes licite poſſitis ſuccedere ⁊ bonoꝝ ipoꝝ poſſeſſionē app̄hēdere ac vēdere libere bona ipa eorū[que] p̄ciū in vtilitatē veſtrā ꝯuertere: ꝓut vobis meli⁹ videbit̄ expedire. Uniuerſas aūt in[de] dicti ſuſpēſiōis ⁊ excōicatiōis ſn̄ias q̄s ꝯ p̄ntis declaratiōis tenorē p quēcū[que] fieri ꝯtigerit: decernim⁹ irritas ⁊ inanes. Nulli ḡ oīno hōminū liceat hāc paginā nr̄e d̄clarātiōis ac cōſtitutiōis infringere vl' ei auſu temerario ꝯ̄ire. Siq̄s aūt h̄ attētare p̄ſūpſerit. ⁊c. Datū peruſij. ij. idus februarij Pontificatus noſtri Anno Primo.

Clemēs papa q̄rt⁹ concedit: fratres p̄dicatores ⁊ minores cōuentuales poſſe ſuccedere in bonis parentū ſuorū ⁊ alioꝝ: ⁊ licite d̄ eis diſponere ad eoruz libitum.

Sixtus papa
q̄rtꝰ concedit
ꝑlures gr̄as ⁊
exemptões or
dinibꝰ mendi
cantiuȝ vt pa-
tet in bulla p̄-
ſenti q̄ dicitur
aurea,

Sixtus epũs ſeruus ſeruoruȝ
dei ad perpetuã rei memoriã. Sacre predicatoꝝ ⁊ mi
noꝝ fratrũ ordines inſtar duoꝝ primorum fluminum ⁊
celeſtiũ voluptatum ⁊ amenitatum paradiſo egredien-
tium: ſacroſancte vniuerſalis eccleſie terram ne mundanaꝝ cupiditatũ
⁊ vitioꝝ calore areſcat preclare doctrine virtuoſoꝝq; operum multipli
ciũ meritoꝝ imbribꝰ irrigãtes magis atq; magis illã indies fructuoſã
efficiũt. Hi ſunt duo ſeraphim q̄ in ſublime ꝯtẽplatõis ⁊ ſacrificij amo
ris alis eleuati a terreniſq; rebus abſtracti: aſſidue diuinaꝝ laudum cla
more ⁊ immenſoꝝ beneficioꝝ humano generi a ſummo opifice deo ex
hibitoꝝ declaratione feruentiſſimis predicationibꝰ populos inſtruẽdo
⁊ ad celeſte iter dirigẽdo inſiſtentes: multiplicata talenta eis credita do
mino deo munde ſegetis animaꝝ ſcilicet redẽptoris nr̄i ieſu chriſti pre
cioſi ſanguinis effuſione redemptaꝝ copioſos in horrea ſancte eccl'ie
manipulos referunt. Hi ſunt due tube ꝑ quas dn̄s precepit ad ppl'm ſa
cri euangelij: populũ vniuerſuȝ aſſiduis predicationibꝰ aduocare: vt in
omnem terrã exiret ſonus eoꝝ ⁊ redderet ſibi ppl'm acceptabilẽ bonoꝝ
operũ ſectatorẽ. Ad predictorum igitur predicatoꝝ ⁊ minoꝝ fratrum
ordines quos eorum ampliſſimis meritis vberrimis fructibꝰ quos in
dei eccl'ia continue afferũt pre ceteris paterna charitate diligimus, nr̄e
cõſiderationis intuitũ dirigẽtes: illa eis libẽter cõcedimꝰ q̄ in eis opta
te quietis fructum inducãt ⁊ ſtatũ eoꝝ faciant pacificũ ⁊ trãquilluȝ. Du
dum ſiquidẽ vt ordinũ eorũdem profeſſoꝝ ſtatui ⁊ q̄eti cõſuleremꝰ: mo
tu proprio nõnullas litteraꝝ diuerſoꝝ romanoꝝ pontificũ predeceſſo-
rum nr̄orum dictis ordinibꝰ conceſſas ⁊ in illis contẽta approbauimꝰ:
⁊ quo ad aliqua declarauimꝰ: ampliauimus ⁊ extẽdimus: ac nonnulla
eis de nouo conceſſimꝰ: prout in diuerſis nr̄is litteris deſuper cõfectis
plenius continetur. Cum aũt ſicut poſtmodũ accepimꝰ per huiuſmodi
ampliationes: declarationes: extẽſiones ⁊ cõceſſiones: adhuc totali eo-
rũdeȝ ordinũ ⁊ illorum ꝓfeſſorũ quieti plene (vt expedit) nõ cõſulatur:
aſſeraturq; a nõnullis: per eaſdẽ litteras omnes gr̄as ſpirituales ⁊ tem
porales dictis ordinibꝰ ⁊ eoꝝ domibus ⁊ fratribus a p̄deceſſoribꝰ nr̄is
cõceſſas: approbatas non fore. Nos attẽta meditatione pẽſantes quã
tum vtilitatis ad exaltationẽ chriſtiane fidei ⁊ euãgelice veritatis ordi
num predictoꝝ ꝓfeſſores hactenus attullere ⁊ afferre valeãt adiuuãte
dn̄o in futurũ: ac propterea volẽtes vt tenemur eoꝝ tranquillitati vbe-
rius prouidere: motu ſimili non ad ipoꝝ fratrum ⁊ ſoroꝝ aut alteriꝰ ꝑ
eis nobis ſup hoc oblate petitionis inſtantiã ſed de noſtra mera liberali
tate ⁊ ex certa ſcientia: quaſcũq; litteras ⁊ gratias ſpirituales ⁊ tẽpora-
les conceſſiones ⁊ indulgentias ac peccatoꝝ remiſſiones in genere vel
in ſpecie fratribus ⁊ ſororibꝰ predicatorum ⁊ minorum ordinum ⁊ do-
morũ eorũdem necnõ viſitantibꝰ eoruȝ eccleſias ⁊ capellas ⁊ oratoria
conceſſas: quaꝝ tenorẽ ac ſi de verbo ad verbũ p̄ntibꝰ infererẽtur habe
ri volumꝰ pro expreſſo: p̄ntium tenore approbamꝰ ⁊ robur firmitatis

perpetue obtinere decernimus. Proq₃ potiori cautela aplica auctate d̄ nouo iuxta lr̄arum desuper concessarũ continentiã ⁊ tenorẽ concedim⁹ ⁊ largimur, Et vt eccl'ie domus ⁊ oratoria p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinum predictoꝝ per vniuersũ orbem constructe ⁊ edificate ⁊ que construi ⁊ edificari contingat in futurum congrua deuotiõe a xp̄i fidelibus visitẽtur ac que impfecte sunt perficiãtur ⁊ ad cõplementũ deducãtur ac complete conseruẽtur ⁊ manu teneãtur: necnon parmentis ⁊ alijs ad diuinum cultũ necessarijs debite ornẽtur: ipsiq₃ xp̄i fideles ad dictas eccl'ias eo libentius confluant ⁊ ad p̄missa manus ꝓmptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gr̄e conspexerint se refectos: De omnipotentis dei misericordia ac beatoꝝ apl'orum eius petri ⁊ pauli auctate confisi: vniuersis ⁊ singulis xp̄i fidelibus vtriusq₃ sexus vere penitentibus ⁊ confessis qui ecclesias ⁊ oratoria domoꝝ fratrum predictorum in singulis sancti dñici ⁊ sancti francisci centum annos ⁊ totidem quadragenas ⁊ in sanctis petro martyre Thome d̄ aquino Vincẽtij ⁊ sancte katherine de senis ac sanctoꝝ Antonij de padua ⁊ Ludouici episcopi Bernardini ⁊ sancte Clare ⁊ beate Helisabet festiuitatũ diebus a primis vesperis ⁊ per totum diem ipsarum festiuitatũ quinquaginta ãnos ⁊ totidem quadragenas deuote visitauerint annuatim ⁊ manus ad premissa aut eorum aliqua porrexerint adiutrices de iniunctis penitẽtijs eis nunc relaxamus p̄ntibus perpetuis futuris tp̄ibus valituris, Et vt predictoꝝ predicatorum ⁊ minoꝝ ordinũ fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis insistant quãto maioribus sp̄ualib⁹ se viderint gratijs fore munitos: oibus ⁊ singulis predicatorũ ⁊ minorũ ordinũ predictorum ꝓfessoribus qui nunc ⁊ pro tempore perpetuo erunt: vt confessor idoneus eorũdem ordinũ quem quilibet pro se de sui superioris licẽtia duxerit eligendũ eorũdem cõfessione diligenter audita pro cõmissis per eos excessibus ⁊ peccatis semel in vita in forma confessionalis per nos edita in mortis articulo plenariã absolutionẽ ⁊ peccatoꝝ hmõi remissionem impendere valeat: etiam si ante factã eorũdem ordinũ ꝓfessionẽ eos decedere cõtingeret: similibus motu scia ⁊ auctate indulgem⁹. Facultatem vero a predecessoribus nr̄is concessam magistro generali prioribus ꝓuincialibus ⁊ ꝯuentualibus ac eoꝝ vicarijs predicatoꝝ: ⁊ generali ac ꝓuincialibus ministris ac eoꝝ vicarijs necnon custodibus minorum ordinum predictoꝝ sup absolutiõe fratrũ eorũdem ordinũ suorum ⁊ dispensatione cum eisdem in quibuscũq₃ casibus (preterq₃ illis ꝓ quibus essent ad sedem aplicam mittendi) ⁊ per nos approbatã cum declaratione casuum pro quibus mittendi sunt perstringentes: volumus q̄ magister ⁊ minister generales eorumq₃ vicarij ⁊ illi quibus ipsi pro tẽpore duxerint ꝯmittendũ dumtaxat ⁊ non alij facultate predicta decetero vti possint: illam oibus alijs penitus adimentes, Et ne propter monasteria monialium seu sororũ sub cura ⁊ institutis ordinis predicti fratrum predicatorum ⁊ sancte Clare seu sancti Damiani ordinũ sub eiusdem fratrũ minoꝝ ordinis cura degentia: sancti dñici ⁊ sancti francisci de p̄nia nuncupatoꝝ ordinũ vtriusq₃ sexus personas: contingat eorũdẽ

indulgencias 50. an. y 50 quarentenas

fratrum quietem turbari: motu ſciẽtia ⁊ auctãte predictis ſtatuimus: ꝙ
hmõi monaſteria ⁊ loca eorũq; abbatiſſe poriſſe ꝓcuratores ſyndici ob
lati ⁊ vtriuſq; tertij ordinis predicti de pnia nũcupate perſone predicte:
eiſdem priuilegijs: ⁊ immunitatibus: gratijs: fauoribus: conceſſionibus:
indultis ſpũalibus ⁊ temporalibus predictis fratrum predicatorum ⁊
minorum ordinibus ⁊ illorum profeſſoribus: domibus ⁊ locis: ac ꝓcu
ratoribus: ⁊ ſyndicis: oblatis: ⁊ conuerſis: ſeu alijs quomodolibet per
predeceſſores noſtros aut nos hactenus conceſſis ⁊ impoſterum conce
dendis quauis auctãte (quatenus earum ſexui ⁊ ſtatui non contradi
cant) libere ⁊ licite vti poſſint ⁊ debeant in omnibus ⁊ per omnia pror
ſus ⁊ ſine vlla differentia ac ſi eiſdem monaſterijs: locis: ⁊ perſonis: ab
batiſſis: ſyndicis: procuratoribus: oblatis: ⁊ conuerſis ſororum ⁊ mo
nialium eorũdem ac perſonis vtriuſq; ſexus de penitentia huiuſmodi
nominatim conceſſe forent ⁊ concederentur expreſſe. ¶ Preterea quia vt
intelleximus exortis nonnũq; controuerſijs inter locorum ordinarios
eorũq; vicarios ſeu officiales ⁊ curatos ⁊ fratres predictorum ordinum
varijs occaſionibus: locorum ordinarij eorumq; vicarij ſeu officiales ⁊
curati predicti ne xp̃i fideles fratribus ipſis pias elemoſinas erogare ꝑ
ſumant: ſuadere ac etiam ſub cenſuris inhibere ac erogantes excõmuni
catos fore predicare ſeu predicari facere ſeu ꝓnunciare preſumunt: loco
rum ordinarijs eorumq; vicarijs ſeu officialibus ⁊ curatis predictis ac
etiam alijs quibuſcunq; dicta auctãte mandamus: vt ab huiuſmodi ꝑ
ſuaſionibus: inhibitionibus: ⁊ mandatis: decetero prorſus ⁊ omnino
abſtineant: decernentes inhibitiones ipſas ⁊ mandata nullius exiſtere
firmitatis: ⁊ illis contrauenientes cenſuris huiuſmodi minime ligari: ac
eoſdem perſuadentes ⁊ inhibentes mandatoq; noſtro huiuſmodi obtẽ
perare nõ curantes (niſi penituerint ⁊ perſuaſiones ⁊ inhibitiones ac
predicta reuocauerint infra triduum poſtq; deſuper requiſiti fuerint) eo
ipſo ordinarios interdictum ingreſſus eccleſie ac ſuſpenſiones a regimi
ne ⁊ adminiſtratione ſuarum eccleſiarum: alios vero inferiores ab eis
excõmunicationis ſententiam incurrere. Cum autem nonnulli ad ordi
nes predictos predicatorum ⁊ minorum ſpecialem gerentes deuotiõis
affectum eorum cadauera cum habitu fratrum predicatorum vel mino
rum ſeu fratrum vel ſororum de penitentia vtriuſq; ordinis predictorũ
ſepeliri mandent: ⁊ perſepe anteq; moriantur habitum huiuſmodi eis
poſtulant exhiberi: decernimus habitum huiuſmodi per priorem dom⁹
ordinis predicatorum aut guardianum domus ordinis minorum loci
in quo tales decedere contingeret: vel per ſuperiorem prelatum ipſorũ
ordinum ⁊ domorum ſeu priorat⁹ ⁊ guardianie vel cui illi duxerint cõ
mittendũ dũtaxat ⁊ nõ per aliũ quauis auctãte vel p̃latiõe fungentẽ ex
hiberi debere: qui p̃dictũ habitũ recipiẽtib⁹ declarare teneat̃ apud eorũ
ordinũ eccl̃ias debere ſepeliri in eoꝝ obitu quoꝝ hitũ ſuſcipiãt: ⁊ illoꝝ
ſic indutoꝝ cadauera ſic diſcoopta nullo pallio vel tegumẽto ſupimpo
ſito cũ hitu hmõi ad ſepulturã deferri poſſe: ordinarioꝝ etiã ſub cẽſuris
ꝓhibitiõe ⁊ ordinatiõe locoꝝ qualibet in ꝯtrariũ edita nõ obſtãte: quas

quo ad hoc modificamus, Et ne ex habilitatiõibus ad vnũ vel plura be
neficia eccleſiaſtica in titulũ vel cõmẽdã obtinẽda cũ facultate vt interiꝫ
donec illa aſſequãt̃ pro capellanis alioꝝ in beneficio deſeruire: ⁊ ꝙ etiã
poſtq̃ beneficia hmõi aſſecuti fuerint in domib⁹ dicti ordinis reſidere:
cameras habere in illis: ⁊ in generalib⁹ capitulis fratrũ eorũdem predi-
catoꝝ ⁊ minoꝝ ordinũ vocẽ actiuã ⁊ paſſiuam habere: ac priuilegijs: fa
uorib⁹: gratijs: ⁊ indultis cõceſſis ipoꝝ ordinũ ꝓfeſſorib⁹ gaudere poſ-
ſint: p̃fatis ordinib⁹ ⁊ illoꝝ ꝓfeſſoribus grauamẽ inferat̃: eiſdem motu
⁊ auctate decernim⁹ hmõi cõceſſas ⁊ quas ei concedi cõtigerit habilita
tionis lr̃as intelligi ⁊ interp̃tari debere: vt frẽs ipi quib⁹ lr̃e hmõi con-
ceſſe ſunt ⁊ ꝯcederẽt impoſterũ quãdocũq̃ per ſedẽ p̃dictã: poſtq̃ aliqđ
bñficiũ adepti fuerint pacifice aut ꝓ capellanis in aliquib⁹ eccleſijs cepe
rint deſeruire ꝯceſſiõibus p̃dictis ꝑut vocẽ actiuã ⁊ paſſiuã reſidentiaꝫ
in domib⁹ dictoꝝ ordinũ ac retẽtionẽ dictarũ domoꝝ: camerarũ: ⁊ alia
que ordinũ p̃fatoꝝ ſunt cõcernẽtia de eoꝝ ordinũ p̃latoꝝ cõſenſu dũta-
xat gaudere poſſint ⁊ nõ alias nec alio modo. Idẽ ſtatuẽtes de ꝓmotis
ad cathedrales etiã titulares appellatas eccl̃ias ⁊ alias dignitates eccle
ſiaſticas. Ceterũ vt dictoꝝ ordinũ ꝓfeſſores qui inquiſitores heretice
prauitatis ꝓ tp̃e diuerſis mũdi ꝑtibus deputãtur: tãto diligenti⁹ eoꝝ
officia ſtudeant exercere ac ab illicitis ⁊ eis ꝓhibitis abſtinere: quanto
cognouerint poſſe eorum errores facilius corrigi ⁊ puniri: ꝙ magiſter
p̃dicatorum ⁊ miniſter minorum ordinuꝫ p̃dictoꝝ generales p̃fati nũc ⁊
ꝓ tp̃e exiſtentes geſta pro tp̃e per ipſos inquiſitores ſuoꝝ ordinũ reſpe
ctiue examinare: ⁊ querelas ꝯtra illos ꝓpoſitas audire: ac ſup̱ illis quã
tum eis iuſtũ ⁊ equũ videbitur ſtatuere ⁊ ordinare: ⁊ ſi eos in aliquo deli
quiſſe inuenerint: illos iuxta exceſſuũ exigentiã etiã p̱ eoꝝ ab officio ãmo
tionẽ ac alias corrigere ⁊ punire: dictoſq̃ inq̃ſitores ſcd̃m ꝙ equũ ⁊ iu-
ſtũ aut neceſſariũ videbit̃ (nõ tñ in vna eadẽ dioceſi multiplicare) libere
⁊ licite valeant. Et p̃dicatoꝝ in minoꝝ ⁊ econtra: minoꝝ ordinũ p̃dicto-
rũ inquiſitores in p̃dicatoꝝ ordinũ huiuſmodi profeſſores quoſcũq̃: of
ficio inquiſitionis hmõi fungi: illudq̃ exercere nullaten⁹ poſſint: abſq̃ ſe
dis ap̃lice licentia ſpeciali de p̃ntibus lr̃is ſpecificam ⁊ expreſſam faciẽ-
te mentionem. ¶ Poſtremo quia predicatorum ⁊ minorum fratrũ pre
dictoꝝ ordinum profeſſores pro fidei catholice dilatatione: incremẽto
⁊ defenſione: continue indefeſſe laborant: ⁊ eorum exemplari vita: predi-
cationibus verbi dei: audientia confeſſionum: ſana doctrina: aſſidua ſa-
crarum litterarum inſtructione: ⁊ deuota diuinorum officiorum celebra
tiõe: hereticoꝝ extirpatione: alijſq̃ innumeris pijs opatiõibus, pre cete
ris ordinum mendicantium profeſſoribus fructus in eccleſia dei ſaluta-
res copioſius attulerunt hactenus ⁊ continue afferre nõ ceſſant: atq̃ al-
laturos in futurum deo propitio ſpe firma tenemus: ⁊ propterea conue-
nit: vt ipi pre ceteris ampliores fauores ⁊ gratiarũ prerogatiuas a pre-
fata ſede recipiant ⁊ reportent: aliorũq̃ ordinũ mendicantiũ indultis ⁊
priuilegijs apud ſedẽ p̃fatã gaudeãt ne illis iferiores eẽ videãt̃ oẽs ⁊ ſin-
gulas grãs: ꝯceſſiões: ⁊ pctoꝝ remiſſiões: imunitates: exẽptiões: facul

cõcedit ꝙ magiſter p̃dicatoruꝫ ⁊ miniſter minoꝝ poſſint examiare ⁊ corrigere inq̃ſitores heretice p̃uitatis,

ꝯcedit ꝙ p̃fati ordines, videlicet p̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ gaudeãt indultis ⁊ priuilegijs alioꝝ ordinũ ⁊c̃

tates:ꝑuilegia:⁊ indulta ſpūalia ⁊ tpalia qualiacunqꝫ ſint eremitarum ſancti auguſtini ⁊ carmelitarū ⁊ ſeruoꝝ beate Marie fratrū ordinibus ⁊ illorum eccleſijs:⁊ oratorijs ⁊ domibus:prioribus:fratribus: ⁊ ſororibus:conuerſis:⁊ oblatis:⁊ vtriuſqꝫ ſexus perſonis de pnia nuncupatis a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus predictis ⁊ a nobis aut alijs auctatem hñtibus (que oia ac ſi noiatim exprimerētur haberi hic volumus pro ſufficienter expreſſis) coniunctim vel diuiſim in genere vel in cōi conceſſa eiſdem ⁊ eorum cuilibet:predicatoꝝ ⁊ minorum fratrum ordinibus:domibus:eccleſijs:oratorijs:generali magiſtro: miniſtro:prioribus:⁊ miniſtris ꝓuincialibus: conuentualibus prioribus ⁊ guardianis:ſororibus:oblatis: cōuerſis:⁊ vtriuſqꝫ ſexus tertij ordinis ſeu de pnia nūcupatis ⁊ alijs eorūdem ordinū perſonis denouo concedimus:⁊ in eis locum habere volumꝰ ac ſi eiſdem noiatim directe ⁊ expreſſe conceſſa fuiſſent. Mādantes etiā motu:ſcia: ⁊ auctate predictis vt dum priuilegiorum:indulgentiarum:ꝓrogatiuarū:cōceſſionū: exemptionū:immunitatū:facultatū ⁊ indultorum:dictoꝝ fratrum eremitarū ſancti Auguſtini Carmelitarum ⁊ ſeruorū ſancte marie originales littere ſeu trāſūpta autētica ex illis ꝓ et in fauorem eccl'iarum domoꝝ ⁊ fratrum predictorum predicatorum ⁊ minorū ordinū adducerentur vel exhiberentur:eadem fides indubia exhibeatur tam in iudicio qꝫ extra iudiciū,⁊ alijs locis quibus opus fuerit:ac ſi pro ⁊ in fauorē dictorum ordinum:eccleſiarū:domorum:⁊ fratrum ꝑdicatorum ⁊ minorum a ſede aplica emanaſſent ac eis ⁊ cuilibet ipſoꝝ fuiſſent imediate ꝯceſſe. Inhibentes diſtrictius ipis locorum ordinarijs ſub interdicti ingreſſus eccleſie ⁊ ſuſpenſiōis a regimine ⁊ adminiſtratiōe ſuarum eccleſiarū ⁊ parrochialiū eccleſiarū rectoribus ⁊ alijs quibuſcūqꝫ ſub excōicationis late ſententie ⁊ priuationis earūdem eccleſiarum parrochialium ⁊ omnium aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum que obtinent:necnon inhabilitationis ad illa ⁊ alia imposterum obtinenda penis eo ipſo qui contra fecerint incurrendis:ne perſonis quibuſlibet eccleſiaſticis vel ſecularibus in genere vel in ſpecie directe vel indirecte aliquid inhibeant: precipiāt ordinent:vel ſtatuant:quo minus ordines predicti illorum domus ⁊ ꝓfeſſores predictis gratijs ſibi conceſſis libere vti poſſint. Non obſtātibus quibuſcunqꝫ aplicis ſuſpēſionibus:reuocatiōibꝰ:reſtrictiōibꝰ:ac ꝓuincialibus ⁊ ſynodalibus concilijs editis generalibus vel ſpecialibꝰ ꝯſtitutiōibus:necnon pariſieñ.⁊ aliorum locoꝝ generalium ſtudiorum vniuerſitatibus ⁊ curie vicegerentie Auinionis ⁊ quibuſuis ordinarijs prelatis ⁊ perſonis conceſſis ⁊ cōcedēdis lr̄is ⁊ priuilegijs:ac per illos deputatis in eis ꝯſeruatoribus priuilegioꝝ huiuſmodi facultatibus ⁊ iuriſdictione cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarū derogatorijs ac fortioribus ⁊ inſolitis:quibus oībus illa etiaꝫſi de eis eorūqꝫ totis tenoribus ⁊ datis non per hmōi generales clauſulas etiam ſpālem mentionē importantes:ſed ſpecifica ⁊ indiuidua ac de verbo ad verbū ſeu queuis alia mentio habenda eſſet pn̄tibus pro expreſſis habentes: illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris:quo ad premiſſa ſpecifice ⁊ nomina

Ponit penas q̄s incurrāt ꝑlati ⁊ alij non obediētes, ſeu aliquid incontrarū mandantes.

Ponit vō obſtācias q̄s notabis.

tiam derogamus: ⁊ ea nemini in p̄iudiciũ premiſſoꝝ ſuffragari poſſe aut debere: ⁊ irritũ ⁊ inane quicq̃d ſecus cõtigerit attentari decernimus: nec nõ omnibus illis que in dictis lr̃is nr̃is prefatis ordinibꝰ cõceſſis volumus non obſtare ceteriſq; ↄtrarijs quibuſcũq;. Verũ qꝛ difficile foret preſentes lr̃as ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare; volumus ⁊ dicta auc̃tate decernimus: q̃ trãſũptis earũ manu notarij publici ⁊ curie cãrum camere apl̃ice auditoris vel ꝓtectoris qui eſt vel ꝓ tp̃e erit: aut alicuius archiep̃alis vel ep̃alis ſeu cuiuſcũq; in dignitate ↄſtituti ſigillo munitis: ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicũq; exhibita vel oſtenſa fuerit fides exhibeat indubia aceſi ip̃e originales lr̃e forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hoīum liceat hãc paginã noſtre approbatiõis: conſtitutiõis: ↄceſſionis: largitiõis: indulti: preſcriptiõis: volũtatis: ademptionis: ſtatuti: mandati: decreti: inhibitionis: ⁊ derogationis infringere: vel ei auſu temerario ↄtraire. Si q̃s aũt hoc attentare p̄ſumpſerit: indignatioẽ oīpotentis dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli apl̃oꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſanctũ petrum. Anno incarnationis dñice milleſimo q̃dringẽteſimo ſeptuageſimo nono ſeptimo kl̃s auguſti põtificatus noſtri Anno octauo

Pius papa. ij declarat vicarios obſeruãtie eſſe veros miniſtros: q̃les voluit btũs franciſcus i regula

PIus ep̃us ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs vicario generali ⁊ vniuerſis fratribꝰ ordinis beati franciſci de obſeruãtia nũcupatis in vltramontanis ꝑtibus ↄſtitutis: ſalutẽ ⁊ apl̃icam bñdictionẽ. Circa regularis obſeruãtie ꝓfeſſores ſollicitudinis nr̃e vices libẽter impẽdimus: vt ⁊ eoꝝ religio ſalutarẽ fructũ fecundius afferat: ipiq; incrementis ↄtinuis laudabilꝰ in dñō ꝓficiant: dubietates oẽs ꝑ q̃s eoꝝ mentes poſſint ambigue reddi: eas p̄ſertim q̃ ſup ↄceſſis eis a ſede apl̃ica gratijs ⁊ indultis circa eoꝝ modũ viuendi ac ſalutarem regule obſeruantiã ordinatis oriũtur e medio tollimus: ac eaſdem apl̃ice declarationis luce illuſtramus. Cũ itaq; nuꝑ accepimus fuiſſe aliq̃n nõnullos qui dubiũ ducerent vtrũ vos qui in ꝓfeſſione regule veſtre videmini obligati viuere ſub obedientia miniſtroꝝ ordinis iuxta ipſius regule a btõ frãciſco edite ⁊ per ſedẽ apl̃icã multipliciter ↄfirmate ⁊ approbate lr̃am: cũ nunc ex ↄceſſione ⁊ determinatiõe apl̃ica p̄ſertiꝫ felicis recordatiõis Eugenij. iiij. ⁊ Nicolai. v. romanoꝝ põtificũ nr̃oꝝ p̄deceſſoꝝ ⁊ nr̃a: veſtros ſupiores vicarios appelletis ⁊ non miniſtros: regule ipſius mandatũ adimpleatis: an potius p̄ter illã agentes grauiter ⁊ ↄtra votũ ꝓfeſſionis p̄ſertim obediẽtie delinquatis: vnde factũ ſit vt in ↄſciẽtijs aliquoꝝ ex vr̃is ꝓpterea ſcrupulꝰ aliq̃n ſuboriat ex eoꝝ ſnīa qui apl̃icas p̄fatas determinatiões nõ ad plenũ intelligũt. Volẽtes ſup hmõi ãbiguitate vobis ↄſulere ⁊ ↄſciarũ vr̃arum quieti de benignitate apl̃ica ꝓuidere: oīumq; mẽtes p̄terea de vr̃o ſtatu ambiguas paternali affectu q̃tũ in nobis eſt quietas reddere: ⁊ ſalubriter attẽdẽtes q̄ ſicut ſine apoſtolice ſedis auc̃tate nulla regula ſeu modꝰ religioſe viuẽdi recte inſtituitur aut declarat neq; interp̄tari põt. Ita in eius ꝑtãte eſt ⁊ inſtituta ſi ve

lit in melius cõmutare: ⁊ put viuentiũ in eis aiarum ſaluti nouerit cõuenire ſuo arbitrio ordinationes nouas ac determinatiões inſtituere: ⁊ p̄latoꝝ eorũdem vocabula ac denoiationes imutare: alterare: ⁊ interp̄tari: auctate ap̄lica ⁊ ex certa nr̄a ſcia interp̄tamur ⁊ declaramus: q̄ cum ſedes p̄fata vr̄e familie de obſeruãtia poſt generalē totius ordinis miniſtrum generalē ⁊ ꝓuinciales vicarios miniſtroꝝ loco: certis pijs ⁊ ſanctis reſpectibus eſſe voluerit ⁊ decreuerit: vicarij ipſi qui vobis preſunt ⁊ quibus vos ex debito ꝓfeſſionis vr̄e predicte obeditis: veri ⁊ indubitati veſtri miniſtri ⁊ tales quales btũs franciſcus regulã p̄fatã condens fore intendebat ſunt ⁊ ꝑpetuo erunt: quoad vſq; ap̄lica ſedes in cuius arbitrio conſiſtit aliud alio tunc reſpectu ordinare ſtatuerit: differentes a p̄dictis miniſtris ſolo noie: ⁊ id ex p̄miſſa determinatiõe ap̄lica quaʒ ipſi quoq; p̄n̄tium tenore ex ſimili auctate ⁊ ſcia ratã ⁊ gratam hn̄tes ꝯfirmamus ⁊ approbamus. Voſq; qui eiſdem vicarijs obeditis ſecunduʒ determinationē p̄dicte ſedis ap̄lice: regule vr̄e p̄fate ⁊ p̄cipue in ea ꝑte vbi eſt. Precipio firmiter frib⁹ vniuerſis vt obediãt ſuis miniſtris: plene ⁊ integre ſatiſfacitis. pleneq; ⁊ integre ſatiſfacere auctate p̄fata ꝑ p̄ſentes decernimus ⁊ declaram⁹. In ꝯtrariũ faciẽtibus nõ obſtãtib⁹ quibuſcũq;. Datũ rome apud ſanctũ petrũ Anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadringẽteſimo ſexageſimo tertio pridie idus ianuarij pontificatus noſtri Anno ſexto.

Alexander papa. vi. confirmat bullã pij ij. ꝯtinẽtẽ vicarios obſerãtie eẽ veros miniſtros aliq̄ alia addens.

Alexander epũs ſeruus ſeruorũ dei venerabilib⁹ frĩbus archiep̄is ⁊ ep̄is in quoꝝ ciuitatib⁹ aut diocesib⁹ vltramõtes ꝯſiſtẽtes dom⁹ frũm minoꝝ de obſeruãtia nũcupatoꝝ ſub generalis ⁊ ꝓuincialium vicarioꝝ obedientia exiſtẽtium ſunt ſite: ⁊ alijs illarũ p̄tium ecc̄liaꝝ p̄latis ſalutē ⁊ ap̄licã bñdictionē. Regularē vitã ꝓfeſſis ſic expedit ſubtrahi ꝑ trãquillitate coꝝ inquietatiõis ⁊ turbatiõis materiã: q̄ ⁊ in contemplatiõis ſuauitate quieſcere valeant: ac trãquillũ dn̄o reddere famulatũ: ⁊ iurgiorũ ac diſſenſiõnis materia de medio ſubtrahaẗ. Exhibita ſiquidē nobis nuꝑ ꝓ parte dilectoꝝ filioꝝ generalis ⁊ ꝓuincialiũ vicariorũ ordinis fratrũ minoꝝ de obſeruantia nũcupatoꝝ in partib⁹ vltramõtanis ꝯmorantiũ petitio continebat: q̄ licet olim in generali cõcilio conſtantienſi non ſine magna ⁊ rõnabili cauſa fuerit determinatũ: ac ꝑ Eugenium. iiij. ⁊ Nicolaum. v. ac alios romanos pontifices predeceſſores noſtros confirmatum ⁊ approbatum: q̄ dicti fratres de obſeruãtia nũcupati ſuperiores haberent qui non miniſtrorũ prout in eorum regula ſed vicariorum noibus appellarentur: quibus dicti fratres ſcd̃m eoruʒ regule preceptum ac q̄ſtum ad ea que regularem concernunt obſeruantiam tenerentur obedire: ⁊ demũ per pie memorie Pium papam. ij. etiã n̄r predeceſſorem noſtruʒ fuerit ordinatum: q̄ cum ſedes apoſtolica in cuius arbitrio eſt inſtituta dicti ordinis ſi velit in melius commutare: in eorũdem fratrum familia loco miniſtrorum generalis ⁊ prouincialium

prout in regula dicti ordinis vicarios generales ⁊ ꝓuinciales eſſe volue rit: qui. ſ. dicti vicarij dictis fribus de obſeruātia nūcupatis preſidentes ⁊ quibus ipſi frēs ex debito ſue ꝓfeſſionis obedientes exiſtunt: tunc erāt ⁊ ppetuo forent eorūdez fratrū veri ⁊ indubitati miniſtri: ⁊ tales quales btūs franciſcus regulā condens intendebat: quouſ eadē ſedes aliud alio tunc reſpectu ordinare decerneret. Quodq dicti frēs eiſdem vicarijs obedientes ſcđm determinationē predictam: regule ſue preſertim in ea parte vbi dicitur. precipio firmiter fribus vniuerſis vt obediant ſuis mi niſtris: plene ⁊ integre ſatiſfaciunt ꝓut in eorūdem predeceſſorum litte ris plenius cōtinet. Nihilominus quia huius determinatiōis: cōfirma tionis: ac līarum predictarum publicatio. nulli extra ordinē prefatum cōmittitur ſeu demandatur: apud clerum ⁊ populum redditur minꝰ no ta: ⁊ ob hoc quidam vtriuſq ſexus ⁊ ſtatus eorūdem fratrū emuli partiz vt creditur inuidia: partiz vero ignorātia ducti: prefatos fratres caninis latratibus lacerantes tanquā ſui ſtatus tranſgreſſores accuſant. Quodq ex eo ꝙ non miniſtris īmediate ſed dictis vicarijs obediunt ⁊ ſubſunt: ſcđm ꝓmiſſam regulam non viuunt falſo aſſerunt: ipſos aut inobedien tes: aut bigottos: aut fratres de bulla: ſeu alijs ignominioſis vocabulis quaſi non eſſent ſub regula approbata tam publice ꝙ priuate aut per li bellos ſeu litteras diffamatorias appellantes: charitatiua ſubſidia ſuo rum benefactorum modis quibus poſſunt impediunt. Non nulli vero religioſi licet ſub ſimili habitu ſub alterius tamen exiſtentes obedientia elemoſynas quibus ipſi fratres de obſeruantia nuncupati ſub dictoruz vicariorum obedientia degentes ſubſtentari deberent: a chriſti fidelibꝰ ſub nomine ac titulo eorūdem fratrum de obſeruantia nuncupatorum indifferenter petunt ⁊ recipiunt in non modicam predictorum fratrum iacturam: ⁊ infamiam plurimorum: pernicioſum exemplum: ac ſimpli cium errorem ⁊ deceptionem. Quare pro parte dictorum vicariorum nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt eis ⁊ eorum pro tempore ſucceſſo ribus paterno preſidio aſſiſtentes: predictas litteras per vos in eccle ſijs veſtre iuriſdictioni ſubiectis ⁊ alibi vbi ⁊ quando opus fuerit ſolem niter publicari: ⁊ quo ad premiſſa ⁊ ijs ſimilia ipſos vicarios ⁊ eorum ſubditos coram clero ⁊ populo excuſari ⁊ defendi: ſicq huiuſmodi ob trectatoribus: emulis: eorumq diffamatoribus: ſilentium imponi: ac ipſos fratres ſic vt premittitur ſecundum apoſtolicam determinationez ſub cura ⁊ regimine dictorum vicariorum viuentes in bona fama con ſeruari: ⁊ non permitti aliquos religioſos ſiue ſeculares ſub nomine di ctorum fratrum aut domorum ſiue locorum de dicta obſeruantia ⁊ ſub dictis vicarijs ſecundum predictas conſtitutiones viuentium in ipſorū terminis (niſi fuerint de eadem familia ⁊ ſub dictis vicarijs immedia te conſtituti) publice vel occulte elemoſynas queritare vel recipere: aut eos quomodolibet perturbare ſeu diffamare mandare: aliaſq in premiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica digna remur. Nos igitur qui vacantibus ſub regulari obſeruantia ſtudio pie vite perſonis apoſtolici fauoris preſidiuz libenter impēdimꝰ: ⁊ in ijs q̄

ce ſedis legatoꝝ ipius ⁊ ordinarioꝝ locoꝝ in abſolutionibꝰ huiuſmodi
ſcandalum euitetur. ¶ Preterea Joannis. xxij. ⁊ Eugenij. iiij. ⁊ Calixti
M iij. predeceſſorum veſtigijs inhereñ. ꝯſtitutionē vieneñ. concilij per quā
nonnulli mendicantium ordinū profeſſoribus conceditur: vt in eorum
eccleſijs ⁊ cimiterijs liberā poſſint habere ſepulturam: ſalua iuſticia ec
cleſiarum parrochialium a quibus corpora mortuorum aſſumūtur: ad
eoſdem fratres beatiſſime dei genitricis marie de monte carmeli p Jo
annem. xxij. extenſam: ⁊ quam per preſentes motu ſcia ⁊ voluntate ſimi
libus extēdimus: ⁊ per pñtes iperpetuū vobis ſepulturā in eccleſijs ⁊ ci
miterijs vr̄is ꝯcedimus: ⁊ eā liberā eſſe cenſemus: vt coꝝ deuotiōi ⁊ ex
treme volūtati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint. niſi excōicati aut inter
dicti aut etiā publice vſurarij fuerint: nullꝰ obſiſtat. Ut igitur litibꝰ que
exinde oriūtur aut quomodolibet in futurū oriri poterūt. mota ſcia ⁊ au
ctoritate predictis obuiemus: declaramus libertatē huiuſmodi intelli
gi deberi etiam quoad hoc vt frēs ipi nullius ſuper hoc petita lnīa par
rochias in quibus corpora predicta forent. cum cruce ꝓceſſionaliter in
gredi: ⁊ corpora ipa leuare ⁊ ad eorū eccleſias ſepeliēda deferre poſſint
vbi hoc fieri conſuetū foret: vel preſbyteri de leuatiōe requiſiti id facere

recuſarent:nec cōganꝫ inuiti etiam pretextu cuiuſuis conſuetudinis:iſpe
vel defunctorum conſanguinei illa ad parrochiales eccleſias aut alia lo
ca deferre:⁊ cum illis vel ſine inibi celebrare vel celebrari facere pro eiſ-
dem defunctis aliqua diuina officia ante vel poſt ſepulturam eorundē.
¶ Juſticiam aūt eccleſiarū a quibus corpa ipa ſumuntur. iuxta eorūdē p-
deceſſoꝝ nroꝝ ⁊ noſtram voluntatē ſaluā eſſe debere decernimus:eo ca- N
ſu:quo dūtaxat apud loca ipoꝝ fratrū corpa ipa ſepeliūtur. Si vero nō
apud eos ſʒ alios etiā mēdicātiū ordinū ꝓfeſſores corpa ipſa ꝯtingeret
ſepeliri:ex ijs q̄ ad frēs predictos apud quos tūc corpa ipa nō ſepelirēt
⁊ de bonis defunctoꝝ quomodolibet eis obuenirēt q̄uis perticulari vel
vniuerſali titulo directe vel per obliquū:nullā canonicā vel parrochialē
portionem dare teneanꝫ. Nec ſimiliter aliqua portio debeaꝫ de ijs que
ad certos determinatos vſus eiſdē fratribus vel eorum domibus in ge
nere vel in ſpecie danꝫ etiam de bonis eoꝝ quoꝝ cadauera apud eos cō
tingeret ⁊ ſepeliri:nec etiā in caſibus in quibꝰ in eorūdem clemētis.iiij.
bādicti.xi.⁊ nicolai.v.ac alioꝝ p̄deceſſorum nroꝝ ſpāli priuilegio frēs
ipi ab huiuſmodi ſolutione q̄rte ſūt exempti .nec aliquo caſu de candelis
q dantur ad manus frībus quarta aliqua quomodolibet detrahaꝫ. In re
liquis vero caſibus q̄ꝫ in premiſſis in quibus quarta ipſa ſoluenda veni
ret:ꝯuentiōes ſic que ſint inter fratres predictos ⁊ locoꝝ ordinarios ⁊
eccleſiarū rectores inite laudabiles ⁊ honeſte in poſterū obſeruentur.
¶ Et ſi forte per nos aut ſedem apoſtolicam de pie legatis relictis ⁊ di-
ſpoſitis in genere vel in ſpecie decima vel alia portio ſeu quarta alteri O
pie vel non pie cauſe exquauis cauſa hactenus cōceſſa foret aut in poſte
rum ꝯcedi ⁊ ſolui aut dari vel mandari contingeret:fratres predictos ⁊
illoꝝ domos ac eis legata ⁊ relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſi-
ta in conceſſione ⁊ mandatis huiuſmodi decernimus ⁊ volumus nō in-
cludi:niſi de ipis fratribus ⁊ preſenti decreto ⁊ voluntate noſtra nō per
generales clauſulas que etiam ſpālem mentionē importare videnꝫ:
ſed vera vt ſpecifica mentio fiat in eiſdem. ¶ Exemptionē quoq3 ordinis
domoꝝ fratrum ⁊ bonorū p̄dictorum per Innocentij.iiij. Alexandri.iiij P
Innocentij.vi.Gregorij.xi.Joānis.xxij.⁊ Clementis.vi.predeceſſoruꝫ
eorundem lr̄as predictas conceſſam:⁊ illius approbationem ⁊ extenſi
onem in clementis.vi.prefati lr̄is predictis contentā:vtpote notorias
allegatione ⁊ probatione non indigere:ac quaſlibet excōicatiōis ſuſpen
ſionis ⁊ interdicti ſententias.⁊ quoſcūq3 ꝓceſſus.quaſuis penas ⁊ ſn̄ias
generales vel ſpāles contineñ.quos ⁊ quas ꝓmulgari vel haberi.⁊ oīa
que ꝯtra frēs domos loca ac perſonas oblatas ⁊ mātellatas dicti ordi-
nis in illius exemptione huiuſmodi quomodolibet ꝯp̄henſa.etiā rōne
cuiuſcūq3 ꝯtractus vel delicti ſeu rei de qua ageretur.vbicūq3 ineaꝫ cō-
tractus.ꝯmittatur delictum ⁊ res ipa conſiſtat.ferri vel haberi ꝯtigerit:
etiā exemptione hmōi aliter non allegata vtpote notoria nullius robo-
ris vel momenti ⁊ pro infectis haberi debere:pari motu ſcia ⁊ auctorita
te decernimus. ¶ Lr̄as vero fe. Re. Urbani. iiij. predeceſſoris prefati Q
per quas conceditur indultum quo cauetur:q̄ fratres predicti ſuoꝝ con

fratrum ⁊ familiariū ⁊ alioꝝ xp̄i fidelium cauſa deuotionis ad eos recur
rentiū de lnīa ſuorum p̄latoꝝ ↄfeſſiones audire: ⁊ eis pro cõmiſſis peni-
tentias iniūgere valeant: niſi forte talia ↄmiſerint propter que merito
ſedes ap̄lica eſſet ↄſulenda: declaramus lniam ſuorum prelatorum illā
intelligi debere: quam ordinarij p̄tatis ad ↄfeſſiones audiendas iuxta
R eiuſdem concilij vieneñ. conſtitutionē dare ſūt aſtricti. ¶ Rurſus qd̄ pre
fatus eugenius predeceſſor conceſſit generali vel ab eo deputatis: vt ha
beat circa oēs ſui ordinis fratres in confeſſionibus eorum audiendis, ⁊
penitentijs iniungendis, alijſq; dumtaxat ſalutē aiarum ↄcerneñ, exeq̄n
dis, eandē p̄tātem ⁊ facultatē: qualem in p̄miſſis minores penitentiarij
pape in romana curia p̄ntes ex officio exercebant ⁊ habebant: ⁊ in hu-
iuſmodi ↄceſſiōe eis ↄcedatꝰ ſuos dicti ordinis frēs ab oībus abſoluere
exceſſibus cenſuris ⁊ penis: niſi talia forent ꝓpter q̄ merito eſſent ad ſe-
dem ap̄licam deſtinādi ⁊ ꝓpterea que ſint illa ꝓpter que frēs ipi ſint ad
ſedē ap̄licam deſtinādi ſepe reuocetꝰ indubiū. vt abſoluētiū ⁊ abſoluen-
dorū diſpenſantiū ⁊ diſpēſandoꝝ ꝓ tpe puritati ↄſcie ↄſulamꝰ: declara-
mus hereticos relapſos, ſciſmaticos, ⁊ qui lr̄as ap̄licas falſificaſſent,
aut ad infideles ꝓhibita detuliſſent, dūtaxat eſſe ad ſedē ap̄licaꝫ merito
deſtinādi. Reliquis vero oībus etiā ſimonie prauitate qualitercūq; irre
titis, poſſe per illos quibus inibi conceditur: abſolutionis beneficiū vel
diſpēſatiōis grām iuxta caſuū exigētiā impertiri. Et qd̄ in p̄dicta eugenij
p̄deceſſoris nr̄i ↄſtitutiōe de frībus fit mētio: ad oēs vtriuſq; ſexus dicti
ordinis profeſſores nos de dono ſpalis grē etiam ꝓprio motu extendi-
S mus. ¶ Et nihilominus vt dicti ordinis ꝓfeſſoribꝰ oīs vagandi tollatꝰ oc
caſio: ⁊ ad ſedem ap̄licā recurrēdi ſubtrahatꝰ propoſſe neceſſitas: gene
rali dicti ordinis ꝓ tpe exiſtenti diſpēſandi cū dicti ordinis glīoſiſſime
dei genitricis marie de mōte carmeli ꝓfeſſoribꝰ defectū nataliū ex adul-
terio, ſacrilegio, inceſtu ⁊ quouis alio nefario ⁊ illicito coitu ꝓuenīēte pa
tientibus: necnon cum ijs qui ex quauis cauſa preter homicidij volunta
rij, bigamie ⁊ mutilationis membrorum irregulares forent: poſtq̄ ordi
nem ipm profeſſi fuerunt: vt defectu ⁊ irregularitate hmōi non obſtañ,
irregulares ipi ad quoſcūq; etiā ſacros ordines ꝓmoueri: ⁊ in illis etiaꝫ
in altaris miniſterio miniſtrare: ⁊ tam ipi irregulares q̄ defectū nataliuꝫ
patieñ, predicti ad quecūq; adminiſtratiōes ⁊ officia dicti ordinis eligi
recipi ⁊ aſſumi: illaq; gerere exercere libere ⁊ licite valeant: motu ſcia ⁊
T auctoritate predictis concedimus per preſentes. ¶ Et quoniam parro-
chialium eccleſiarū rectores prefati erga illos qui dictis fratribꝰ glorio-
ſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli eorū peccata confitentur,
perſepe ſe reddant in exhibitiōe eucharistie ⁊ extreme vnctiōis diffici-
les: concedimus ipſis frībus glorioſiſſime dei genitricis marie de mon
te carmeli: vt eiſdem perſonis eis confeſſis quibus rectores prefati ſine
rationabili cauſa denegauerint ſeu malicioſe diſtulerint eucharistie ſeu
extreme vnctionis ſacramenta miniſtrare (ſuper quo eorundem confeſ
ſorum aſſertioni ſtari debeat) illa petentibus poſſint impune exhibere.
V ¶ Et cum aliquando contingat monaſteria monialium dicti ordinis mo

nialibus deſtitui, adeo vt de eorum reformatione ſpes nulla ſuperſit: cō
uenientiusqꝫ ſit ꝙ illorum ſit deſtitutorum bona ad ipos fratres deueni
ant, quorum erant cure cōmiſſa qꝫ ad alios: illa que ſic deſtituta exiſtant
⁊ deſtitui contingeret in futurum cum eorūz bonis oībus perpetuis vſi
bus fratrū domus dicti ordinis eiſdem deſtitutis monaſterijs ꝓpingo-
ribus applicamus: ita vt fratres ipi poſſint de illis ⁊ de eorūdem mona
ſteriorum ſtructuris ⁊ edificijs pro eorum voluntate diſponere. ¶ Pro
uiſo ꝙ illorum eccleſie ⁊ oratoria ad ꝓphanos vſus non redigātur: ſed
in illis quandoqꝫ diuina celebrentur officia. ¶ Inſup cum nonnulli ad
ordinē predictum glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie dē X
monte carmeli ſpālem gerē, deuotionis affectum: ordinent eorum ca-
dauera cum habitu fratrum dicti ordinis glorioſiſſime dei genitricis ma
rie de monte carmeli aut ſororū mātellatarū p̄dictarum ſepeliri: ne ex il
lorum corpoꝝ delatione ad alia loca ordini ⁊ fratribus predictis iniuria
irrogetur: decernimus tales apud fratres ipſos eſſe ſepeliendos etiam
ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam: nec poſſe etiam in loco per eos electo
cum habitu predicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum porta
ri: abſqꝫ fratrum dicte domus vel loci in quo tales deceſſerunt expreſſa
licētia ⁊ aſſenſu: contra dictores vero excōicamus. ¶ Ceterum ne ſi ratiōe Y
parrochialium eccleſiarum apud quos domus fratrum eorundem con
ſtructe fuerunt aut conſtruentur in poſterum, locorum ordinarij in eoſ-
dem fratres aliquam ſuperioritatem vendicare tentarent: fratrum eorū
quies in aliquo perturbaretur: concedimus ipſis fratribus vt in ſic con
ceſſis ⁊ quas eis concedi contigerit curatis eccleſijs: poſſint per capella
num per eos pro eoꝝ nutu ponendū ⁊ amouēdū curam hmōi exercere.
qui qꝫ diu capellanatus hmōi fungetur officio: ac ſi dicti ordinis glioſiſ
ſime dei genitricis marie de monte carmeli profeſſor exiſteret: dictorum
fratrū glioſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli libertate ⁊ ex-
emptione fruatur: eccleſie vero predicte ⁊ illarum bona qua domus fra
trum dicti ordinis prerogatiua letentur. ¶ Illi preterea perticule lrārūz
predictarum alexandri. iiij. predeceſſoris prefati in qua fratribus predi- Z
ctis eligendi generalem priorem dicti ordinis facultatem concedit: mo
tu ſcia ⁊ auctāte predictis adijcimus: ꝙ idem generalis prior ſic elect9
poſtqꝫ electionis ſibi p̄ſītato decreto conſenſerit: intelligatur auctāte a-
poſtolica ꝯfirmatus eoipſo: ⁊ libere adminiſtret ⁊ exerceat que ad ſuum
prioratus generalis ptinet officium. reiecta quauis profeſſoꝝ dicti ordi
nis ⁊ alioꝝ ſibi rōne dicti officij ſubditorum appellatione: que ab eius p̄
ceptis, monitiōibus, ordinatiōibus, mādatis ⁊ decretis regulari diſci-
plina eorūdem quomodolibet interponi ꝯtinget. ¶ Priores vero ꝓuinci
ales ⁊ locales ⁊ alij officiales qui ſcdm eiuſdē ordinis ſtatuta aliter qꝫ
p electionē a p̄fati ordinis magiſtro generali inſtituūtur: poſt ipſam inſti
tutionē ſeu ꝓuiſionē de ipis factā, curā aīarum fratrū ſibi ſubditoꝝ ha-
beāt: ipoſqꝫ ligare ⁊ ſoluere poſſint iuxta ipi9 ordinis ſtatuta. ¶ Rurſus
qꝫ intellexim9 ꝙ ⁊ ſi bo. me. Joānes papa. xxij. p̄deceſſor nr̄ illoꝝ opini- Æ
onē qui ⁊ aſſerebāt, ꝙ ꝯfeſſi fr̄ibus p̄dicti ordinis beatiſſime dei gnitricꝫ

marie de monte carmeli ⁊ alioꝝ ordinū mendicantiū ad audiendū con
feſſiones iuxta iuris diſpoſitionē deputatoꝝ ꝑ tp̄e. tenebātur eadē pec-
cata rectori eorum parrochialis eccl'ie iterū ꝯfiteri reprobauerit: ⁊ dein
de p̄fatus eugenius reprobationē hm̄oi approbando: contra talia aſſe-
rentes tā ꝙ̄ de hereſi ſuſpectos per locorum ordinarios inquiri ⁊ proce
di mād auerit: ac ſucceſſiue nicolaus. v. predeceſſor predictus geſta im̄-
miſſis ab eiſdem Joanne ⁊ eugenio p̄deceſſoribus robar perpetue fir-
mitatis obtinere debere decreuit. Nihilomin⁹ adhuc nonnulli eoꝝ in
herentes proteruie: opinionem p̄dictam deſuper falſos damnatos ac
male ſonantes ac reprobatos articulos veros eē affirmare non veren-
tur: vt talium preſumptuoſa temeritas tanto minus inualeſcat: quanto
plurium erit ſuperiorum correctioni ſubiecta: conceſſam contra tales ꝑ
eiuſdem eugenij predeceſſoris lr̄as locoꝝ ordinarijs facultatē: ad inqui
ſitores heretice prauitatis ⁊ ad ꝓtectores dicti ordinis glorioſiſſime dei
genitricis marie de monte carmeli ⁊ aliorum mendicātium videlicet p̄-
dicatoꝝ minoꝝ ⁊ heremitarū ſancti auguſtini qui ſunt ⁊ qui pro tem-
pore erunt. ⁊ auditorem camere apoſtolice. ⁊ ad quēlibet predictoꝝ de ꝑ
ſe extendimus: ac volumus ꝙ predictoꝝ quattuor ordinum mendican
tium protectores necnon auditor. camere apoſtolice ⁊ inquiſitores ipſi
quicunq3 fuerint eadē q̄ua ordinarij contra tales auctoritate fungant.

B ¶ Et ſi per quoſcunq3 proceſſus. lites. cōtrouerſias: quomodolibet inter
ipſos fratres prenotatos ⁊ eccleſiaꝝ rectores ⁊ ordinarios emergētes:
ordinarij ipſi ſeu quicunq3 alij inhibitionē elemoſinarū per chriſti fideles
fratribus ipſis faciendarum quocūq3 mō fuerint prolapſi: volumus ⁊ p̄-
ſentium patrocinio decernimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli tales inhibētes ipſo
facto excōicatiōis incurrant ſn̄iam: contra tales ipſi carmelitarū p̄dica-
toꝝ minoꝝ ⁊ eremitarū ſancti auguſtini ꝓtectores ⁊ auditor camere apo
ſtolice qui ſunt ⁊ qui pro tp̄e erunt ⁊ inquiſitores heretice prauitatis ad
p̄dictoꝝ fratrum requiſitionē poſſint ⁊ debeant quilibet eorūdem per ſe

C ſicut ꝯtra hereticos procedere. ¶ Et ne preteꝛtu conſtitutionis Innocen
tij. iiij. p̄deceſſoris nr̄i que incipit volen̄. locoꝝ dioceſani ⁊ alij ordinarij
ac alij quicūq3 legati aut quauis auctate vtētes: in pſonas aut loca ⁊
alia q̄uis bona dictoꝝ fratrū quouis iuſto titulo ad eos ptinētia: contra
Joānis. xxij. ⁊ Clementis. vi. p̄deceſſorum nr̄oꝝ ordinationes ſibi quā-
cūq3 iuriſdictiōem vel ſupioritatē vendicare p̄ſumpſerint: diſtrictius in
hibemus: nequis abſq3 ſedis apoſtolice ſpāli commiſſione ⁊ auctate de
hm̄oi ⁊ alioꝝ p̄deceſſoꝝ nr̄orum nōn in genere ſed de verbo ad verbū
ſpālem faciente mentionē: in pſonas domos loca aut alia dictorum fra
trum btiſſime dei genitricis ſemp q3 virginis marie de monte carmeli
bona vtpote prorſus exempta: aliquas excōicatiōis ſuſpenſionis ⁊ in-
terdicti ſn̄ias ſpāliter vel generaliter quomodolibet ꝓmulgare: aut in ꝑ
ſonas domos aut loca hoīum aliquā ꝑeminētiā ſupioritatē ⁊ iuriſdicti-
onē quomodolibet exercere preſumāt: etiā rōne ꝯtractus vel delicti ſeu
rei de qua agetur. vbicunq3 ineatur contractus cōmittatur delictum
vel res ipa conſiſtat. Decernimus quoq3 ex nunc quaſlibet excōicatiōis

ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſniās. ⁊ quoſcunqȝ proceſſus, quaſuis penas ⁊ ſniās generales vel ſpeciales continēn̄. quos ⁊ quas promulgari vel haberi: ⁊ omnia que contra fratres domos ⁊ loca dicti ordinis quomodolibet fieri contigerit etiam eorum exemptione vtpote notoria non aliter allegata: nullius roboris vel momenti eſſe ⁊ pro infectis prorſus haberi debere. ¶ Inſup Innocētij. vi. ⁊ Clemētis. iiij. ac clementis. vi. p̄decessoꝝ nroꝝ indulta de decimis non ſoluendis de hortis. virgultis. nonalibus ad eoꝝ vſum ꝑtinēn̄. ⁊ que ꝓprijs manib⁹ ⁊ ſūptib⁹ colunt: ſpāli priuilegio vt eoꝝ vtamur verbis ea ꝓpter dilecti in dño filij vrīs iuſtis poſtulatiōibus clementer ānuimus. ⁊ domos vrās in quib⁹ diuino eſtis mācipati obſequio ſub beati petri ⁊ nrā ꝓtectiōe ſuſcipimus ⁊ p̄ntis ſcripti priuilegio cōmunim⁹: ⁊ q̄ de ncāriis rebus prefati p̄deceſſoris priuilegia ꝯceſſerunt: ad ſingula bona dictoꝝ fratrū extēdim⁹: videlicet q̄ſcūqȝ hortos ⁊ ſiluas ac quecūqȝ alia bona p̄dicte dom⁹ ⁊ ordinis q̄ in p̄ntiarū iuſte ac canonice poſſident: aut in futurū ꝯceſſiōe pōtificū. largitiōe regū. vel principū oblatiōe. aut fideliū donatiōe. ſiue hereditaria ſucceſſiōe. quā in ſeculo exiſtēn̄. tā de iure q̄ȝ de ꝯſuetudine ad ſuccedendū fuiſſent habiles: ſeu alijs quibuſcūqȝ iuſtis modis p̄ſtāte dño poteritis adipiſci: firma vobis vrīſqȝ ſucceſſorib⁹ ⁊ illibata ꝑmaneant: in quibus hec ꝓprijs duximus exprimēda vocabulis: loca ipā in quib⁹ prefate domus ſite ſunt cū ꝑtinētijs ſuis videlicet cum eccleſijs, hortis: pratis. nemoribus. vſuagijs. paſcuis in boſco ⁊ plano. in aquis ⁊ molēdinis. in vijs ⁊ ſemitis. ac oībus alijs libertatibus ac immunitatib⁹ ſuis. ſane noualiū vroꝝ que ꝓprijs manibus aut ſūptib⁹ colitis ſiue de hortis. virgultis. vineis ⁊ piſcatiōibus vrīs nullus a vobis decimas exigere vel extorq̄re p̄ſumat. ¶ Liceat quoqȝ vobis clericos ⁊ laicos liberos ⁊ abſolutos a ſeculo fugiēn̄. ad ꝯuerſionē recipere: ⁊ eos abſqȝ ꝯtradictiōne aliqua retinere. ¶ Prohibem⁹ inſup vt nulli fratrū vroꝝ poſt factaȝ in domibus vrīs ꝓfeſſionē fas ſit ſine prelati ſui licēa de eiſdem locis diſcedere: diſcedentē vero abſqȝ cōium lr̄aꝝ vrarum cautiōe nullus audeat retinere: q̄ ſi quis forſan retinere p̄ſumpſerit: licituȝ ſit vobis in ipos frēs ⁊ eos qui dictos fratres retinent clericos vel laicos irregularē ſententiā ꝓmulgare. ¶ Inſup auctāte ap̄lica ꝓhibemus, vt null⁹ ep̄us vel quelibet alia perſona ad ſynodos vel ꝯuentus forenſes vos ire: vel in iudicio ſeculari de propria ſubſtātia vel de poſſeſſiōib⁹ veſtris ſubiacere compellat: nec ad domos veſtras cauſa ordinis celebrandi. cauſas tractandi. vel aliquos conuentus publicos conuocandi. venire preſumat: nec regularem magiſtri veſtri generalis electioneȝ impediat: aut de inſtituendo vel remouendo eos qui pro tempore fuerint contra ſtatuta ordinis vrī ſe aliquatenus intromittat. ¶ Et nicolai. iiij. ⁊ alexandri. iiij. inherētes veſtigijs: ⁊ id adijcientes, vt priores ipī ep̄o ſaluo ordine ſuo obedire debeant: ⁊ contra ſtatuta ſui ordinis auctāte ſedis ap̄lice ꝯfirmata nullā obediētiā facere cōpellantur. ¶ Pro cōſecratiōib⁹ vero altariū ſeu eccl'iarū ꝑ oleo ſcō ⁊ quolibet eccleſiaſtico ſacramēto nullus a vobis ſub obtentu cuiuſuis cōſuetudinis vel alio mō quicq̄ȝ audeat extorq̄re:

Margin letters (right margin, in order down the page): D E F G H I

ſꝫ hec oīa vobis gratis epī dioceſani vt tenētur, libere ⁊ gratioſe impen
dant. alioquin liceat vobis quoſcūq̄ malueritis catholicos adire antiſti
tes gratiā ⁊ cōionē aplīce ſedis hn̄tes: q aplīca freti auctoritate: vobis
qđ poſtulatis impendāt, q̄ ſi ſedes dioceſanoꝝ epoꝝ forte vacauerit:
interim omnia ecclīſtica ſacramenta a vicinis epīs libere ⁊ abſq̄ contra
dictione ſuſcipe poſſitis: ſic tn̄ vt ex hoc in poſterū ꝓprijs epīs nullum
preiudiciū generetur. Quia vero interdū proprioꝝ epoꝝ copiā nō ha-
betis: ſi quos epos romane ſedis vt diximꝰ cōionē ⁊ gratiā habētes. ⁊
de quibꝰ plenā noticiā habeatis. ꝑ vos trāſire contigerit: ab eis bene-
dictionem vaſoꝝ ⁊ veſtiū ⁊ conſectationē altariū auctoritate ſedis aplī-
ce recipere valeatis. Chriſma vero, oleū ſanctū, cōſecrationē altariū ſeu
baſilicarū, ordinationes clericoꝝ qui ad ordines fuerint ꝓmouendi: a
dioceſanis ſuſcipiatis epīs, ſi quidē catholice ⁊ rite gratiā ⁊ cōionē ſa-
croſancte romane ſedis habuerint: ⁊ ea vobis voluerint ſine prauitate
aliqua exhibere indulgētes. ¶ Preterea qꝛ veſtri ordinis fratres de lo-
K cis ad loca ipſius ordinis ſepius trāſmittūtur: propter qđ ſtabilē ⁊ per
petuā in certis ⁊ determinatis eiuſdē ordinis domibꝰ non faciūt māſio
nem: preterea qꝛ etiam bonos ⁊ idoneos ac approbatos a vobis frēs
faciatis ad ordines ꝓmoueri: proterea q̄ de ordinibus ſuſcipiēdis ioan
nes. xxij. predeceſſor prefatꝰ fratribꝰ p̄fati ordinis beatiſſime dei genitri-
cis ſemperq̄ virginis marie de monte carmeli p̄ntatis ordinarijs indul-
ſit: declarando: volumꝰ q̄ liceat vobis ordinādos fratres eiuſdeꝫ veſtri
ordinis quibuſcūq̄ malueritis catholicis pōtificibꝰ cōionē ⁊ gratiam
aplīce ſedis habētibus p̄ntare: ipſiſq̄ pontificibꝰ p̄ntatos a vobis frēs
ſine qualibet examinatione per eoſdē pontifices faciēda. ⁊ abſq̄ oī pro
uiſione ⁊ obligatione ipoꝝ ordinandoꝝ fratrū. ad ordines ꝓmouere: ⁊
eiſdem fratribꝰ ordines etiā ſacras libere cōferre. ¶ Et vt quieti eorūdē
L fratrū dicti ordinis vberius cōſulatur: cōſtitutionē fe. re. clemētis pape
quinti etiā. predeceſſoris nr̄i ſup domibꝰ profeſſoꝝ mēdicantiū ꝓpe do
mos alioꝝ ordinum mendicantiū profeſſoꝝ infra ſpaciū cētū quadra-
ginta cānarum de nouo non recipiendis: ad omnes alios religioſos
alioꝝ ordinum tam mendicantiū q̄ non mendicantiū vtriuſq̄ ſexus et
quaſcūq̄ alias ecclīaſticas perſonas ꝓpe domos fratrum dicti ordinis
de monte carmeli nouas ecclīas ⁊ loca cōſtruere: vel alias de nouo reci-
pere ⁊ habere volentes extendimꝰ: ita vt nulli eoꝝ infra predictū ſpaciū
centū quadraginta cānarum etiā per aerē menſurandarūꝫ vbi alias cō-
mode per terrā menſurari nō poſſent. edificare de nouo ſeu conſtruere:
aut edificata ſeu conſtructa de nouo recipe: aut inhabitare iuxta loca p̄
dictoꝝ fratrū de mōte carmeli p̄ſumāt. Siquis vero cuiuſuis cōditiōis
ſtatuꝰ aut dignitatꝫ fuerit q cōtra p̄dicti clemētis p̄deceſſoris cōſtitutio-
nē ⁊ nr̄am ampliationē venire aut agere p̄ſumpſerit: tā ipe q̄ auxilium
vel fauorē p̄ſtātes ipo facto ſententiā excōicationis incurrāt: quam feri-
M mus in his ſcriptis: ⁊ nihilominꝰ cūcta ⁊ ſinglā ab eis facta ꝓ infectis
habeātur. ¶ Ad hec nouas ⁊ indebitas exactiones ab archiepīs epīs ar-
chidiaconis ſeu decanis alijſq̄ oībus ecclīaſticis ſecularibꝰ ve pſonis a

vobis oīno fieri ꝓhibemꝰ. Sepulturā quoqꝫ vt ſupra in eccl̄ijs vr̄is li-
berā eē decernimꝰ. ¶Preterea hortos ⁊ ſiluas ad ius eccliaꝝ vr̄aꝝ expe-
ctāſ q̄ a laicis detinētur: redimēdi ⁊ legitime liberādi de manibꝰ eoꝝ
⁊ ad eccl̄ias ad quas ꝑtinēt reuocādi liberā ſit vobis auctoritate ap̄lica
facultas. ¶Obeūte vero vr̄o generali magiſtro vl̄ ſuoꝝ quolibet ſucceſ-
ſorum: nullus ibidē q̄libet ſubreptionis aſtutia ſeu violētia preponat̄: n
niſi quē fratres cōi cōſenſu vel eoꝝ maior pars cōſilij ſanioris ſecūdū
deū ⁊ beatiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli regulā ⁊ cōſtitu-
tiones ꝓuiderint eligendū. ¶Paci quoqꝫ ⁊ tranqllitati paterna in poſte-
rum ſollicitudine ꝓuidere volētes: auctoritate ap̄lica ꝓhibemus vt intra
clauſuras locoꝝ caſtroꝝ nullꝰ rapinā ſeu furtū facere, ignē apponere, ſā-
guinē fundere, hominē tenere, capere vel interficere, ſeu violentiā quācū-
qꝫ valeat exercere. ¶Preterea nicolai. iiij. bonifacij. viij. clemētis. iiij. p-
deceſſoꝝ nr̄oꝝ romanoꝝ pontificū veſtigijs inherētes: oēs libertates, o
indulgētias, peccatoꝝ remiſſiōes, immunitateſqꝫ a predeceſſoribꝰ nr̄is
romanis pōtificibꝰ locis vr̄is cōceſſas: necnō libertates ⁊ exēptiones
ſecularīū exactionū a regibus ⁊ ꝑncipibꝰ ⁊ quaſcūqꝫ res vobis vl̄ alijs
fidelibus indultas auctoritate ap̄lica cōfirmamꝰ: ⁊ p̄ntis ſcripti priuile-
gio cōmunimꝰ. ¶Decernimꝰ ergo ꝙ nulli oīno hōinū liceat p̄fatas do-
mos temere ꝑturbare, aut eiꝰ poſſeſſiones auferre, vl̄ oblatas q̄quomo-
do retinere, ſeu q̄buſlibet vexationibꝰ fatigare: ſed oīa integre cōſeruē- p
tur eoꝝ ꝓ quoꝝ gubernatione ⁊ ſubſtētatione conceſſa ſunt vſibꝰ oīmo-
dis profuturis: ſalua ſedis ap̄lice auctoritate ⁊ dioceſanoꝝ epoꝝ cano-
nica iuſticia in p̄ntibꝰ lr̄is declarata. Statuētes ap̄lica auctoritate ⁊ p̄n-
tium tenore cōcedētes volumꝰ ⁊ ordinamus: ꝙ de cetero ꝑpetuis futu-
ris tēporibꝰ tā magiſtro generali q̄ꝫ cuilibet dicti ordinis officiali prio-
ribus dicti ordinis ſecundū morē ⁊ inſtituta eiuſdē ordinis in quibuſcū-
qꝫ prouincijs cōſtitutis tā p̄ntibꝰ q̄ꝫ futuris ſit licitū atqꝫ ꝑmiſſum: quaſ-
cūqꝫ mulieres ⁊ vtriuſqꝫ ſexus ꝑſonas ſi alias ſint idonee ⁊ aliud cano-
nicum nō obſiſtat: q̄ habitū regularē p̄dicti ordinis ad inſtar mātellata-
rum ſeu pinzochearū aut fratrū de penitētia tertij ordinis fratrū minoꝝ
⁊ p̄dicatoꝝ necnō ⁊ eremitarū ſancti auguſtini habere voluerint ⁊ geſta-
re: tā virgines ⁊ matronas q̄ꝫ viduas ⁊ mantellatas ſeu pinzocheras ⁊
vtriuſqꝫ ſexus ꝑſonas dicti ordinis carmelitarū recipe ⁊ admittere: ac
earum ſingulis habitū regularem ac regulam eiuſdē ordinis carmelita-
rum ad inſtar hmōi mantellataꝝ ſeu pinzocheraꝝ vtriuſqꝫ sexꝰ ordinū
⁊ vtriuſqꝫ ſexus ꝑſonarū ordinū fratrum minoꝝ ⁊ predicatoꝝ ⁊ eremi-
tarum ſancti auguſtini p̄fatoꝝ ꝓut ſecundū deū ſaluti aiaꝝ earūdē per-
ſonarū ſalubrius viſum fuerit expedire: etiā exibere. Que ſic recepte ⁊ in
poſterū recipiēde auctoritate prefata gaudeant ⁊ gaudere poſſint ⁊ de-
beant tā exēptionis priuilegio q̄ꝫ oībꝰ īmunitatibꝰ, libertatibꝰ, indulgē-
tijs ⁊ alijs priuilegijs quibuſcūqꝫ prefato ordini beate dei genitricis ſē-
perqꝫ virginis marie de mōte carmeli eiuſqꝫ fratribꝰ ac ꝑſonis ꝑ ſedem
ap̄licam iā cōceſſe, ⁊ q̄ in poſterū cōcedētur: q̄tenꝰ hmōi exēptionis pri-
uilegiū, immunitates, libertates, indulgētie ac q̄cūqꝫ alia ꝑuilegia ipſis

priorib⁹ ⁊ fratrib⁹ ordinis de mōte carmeli cōpetūt vel cōpetere poſſūt
ſeu poterūt: ⁊ priores ⁊ fratres ac loca ipa eē capacia eorūdē: cōſtitutio
nibus apłicis ac ſtatutis ⁊ cōſuetudinib⁹ tā vr̄i q̄ alioꝝ ordinuꝫ quorū
cūq; ⁊ alijs ꝯtrarijs nō obſtañ. q̄buſcūq;. ¶ Prefati quoq; bonifacij. viij
Q p̄deceſſoris nr̄i cōceſſionē vr̄aꝫ p̄ q̄ua volunt q̄ ꝓuinciales dicti ordinis
poſſint licentiā dare fratrib⁹ idoneis ad chriſti fidelib⁹ ꝓponendū ver-
buꝫ dei de licencia dioceſanoꝝ: petitioni eoꝝ non plene ſatiſfacit: ꝓptea
declarādo volum⁹: ⁊ hoc q꞉ inter ſollicitudines nr̄as illas decet eſſe p̄ci
puam: vt ſup dñicū gregē nobis cōmiſſum obſeruem⁹ vigilias: indeſeſ
ſam exerceamus curā ⁊ exactā diligentiā apponam⁹: ne illum lupus ra
pax inuadat ⁊ eius ſanguis ſecundū ꝓphetā qđ abſit de nr̄is manibus
requiratur: hoc aūt bene fit ſi oleo dulcedinis verbi dei foueātur ſubditi: ⁊
increpationis vino peccatoꝝ ſuoꝝ medeantur vulnera: ⁊ penitentie acri
monia purgata tegātur. Ad id vero exequendū ſcientia diuine legis ex-
poſcitur. deſiderat⁹ ordo ⁊ vite integritas flagitatur. ſcriptū ē enim. tu
ſcientiā repuliſti ⁊ ego te repellam: ne ſacerdotio fungaris mihi: q꞉ labia
ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirūt ex ore eius: alias prout ad
eū p̄tinet inter leprā ⁊ leprā non poſſet diſcernere: nec peccator exiſtēs
dei deberet narrare iuſticias ⁊ teſtamentū illi⁹ aſſumere p̄ os ſuū: nam
cuius vita deſpicitur conſequēs ē vt ei⁹ p̄dicatio contēnat̄: q̄propter vt
ipi gregi eadē cura nr̄a eo plenior impēdat̄: quo plures operarij in agro
dñi fuerint ꝯſtituti: ſacerq; veſter ordo q̄ ſacerdotibus abūdat. ⁊ in ſuis
fratrib⁹ viget ſciētia. ⁊ vite ſynceritate p̄ dei gr̄am pollet. in eodeꝫ agro
fruct⁹ vberes afferat: tu fili prior generalis per te vobiſ vero ꝓuinciales
priores in ꝓuincialib⁹ vr̄is capitulis cū diffinitorib⁹ ipoꝝ capitulorū
fratribus eiuſdē veſtri ordinis ſacerdotib⁹ in ſacra pagina eruditis exa
minatis ⁊ approbatis a vobis predicationis: ⁊ tā ipis q̄ alijs fratribus
dicti ordinis ad id idoneis audiēdi cōfeſſiones. abſoluēdi cōfitētes. in-
iungendi eis penitētias ſalutares. officia auctoritate apłica cōmittēdi:
eiſdē quoq; fratrib⁹ quibus dicta officia p̄ vos taliter cōmiſſa fuerint: q̄
illa libere valeant exercere plenā tenore p̄ntiū dam⁹ ⁊ concedim⁹ facul-
tatem: ac volumus q̄ fratres dicti ordinis quos ſecūdū illius ꝯſtitutio-
nes in domib⁹ ſuis deputari cōtigerit in lectores: cum dicti ordinis ma
giſtri generalis licētia libere in domibus predicti ordinis legere ⁊ doce
re valeāt in facultate theologica: ⁊ principia ſolēniter facere: illis locis
exceptis in quibus ſtudia vigēt generalia: diſtricti⁹ inhibētes. neq; frēs
ipius ordinis quib⁹ dicta officia talr̄ cōmittēda ꝓduxeritis: in executio
ne officioꝝ ipoꝝ audeat quomodolibꝫ impedire. ¶ Et q꞉ ꝓhibētib⁹ cō
R ſtitutionib⁹ vr̄is nulli fratrū vr̄oꝝ eſt licitū ppl̄o predicare: niſi ia magi
ſtro generali vr̄i ordinis exāminat⁹ ⁊ approbat⁹ fuerit: ⁊ ſibi ipi predica
tionis officiū ab ipſo cōceſſum: nos p̄dictis fratrū laborib⁹ ⁊ p̄iculoſis
diſſenſionibus euitādis. necnō vt aīaꝝ ſalus poſſit inde facili⁹ ꝓuenire.
ſup exhibitiōe hmōi opportune ꝓuiſionis remediū apponētes: vt ſinguli
priores ⁊ ꝓuinciales in ſuis prouincijs cū diffinitorib⁹ in ꝓuincialibus
capitulis congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare et

approbare: ⁊ eis officiū predicationis deum habendo pre oculis committere valeant: ſicut ex forma predicti ordinis cōſtitutionum magiſter poterat generalis, plenā auctoritate preſentiū cōcedim⁹ facultatē. ¶ Cū q̄s p cōceſſiones clementis. iiij. ⁊ vrbani etiā. iiij. predeceſſoꝝ predictorū quibus cauetur q̄ liceat fratribus beatiſſime dei genitricis ſemꝑq̄ virginis marie de monte carmeli tā in locis ⁊ oratorijs ſuis q̄ꝫ in alijs decentibus locis extra loca ⁊ oratoria ſua corā prelatis ⁊ princip ib⁹ ⁊ magnatibus dū ab eis vel eoꝝ ex parte fuerint requiſiti, cū alt⁹ri portatili celebrare: deuotioni eoꝝ non plene conſulitur: conceſſionē eādem extendentes: eiſdem fratribus vt corā quibuſcunq̄ perſonis cuiuſcunq̄ ſexus vel ſtatus tā in eorum domib⁹ q̄ꝫ extra (dū tñ loca ſint honeſta) libere poſſint cū altari portatili miſſas ⁊ alia diuina officia celebrare: ⁊ in locis publicis pplo predicare: abſq̄ꝫ tñ iuris parrochialiū eccl'iarum preiudicio. Et ne de iure hmōi poſſit aliqua q̄ſtio ſuboriri: iuris hmōi appellatione intelligimus decimas ⁊ primicias dūtaxat q̄ a laicis ſolēt clericis exhiberi. ¶ Ceterum cū nō obſtañ. cōceſſione innocētij. iiij. predictis fratribus facta. q̄ cauetur ne de aliquibus cauſis a ſede ap̄lica committendis inuiti cognoſcere teneātur: ſup hmōi cauſis audiēdis ab aliquibus moleſtētur: quieti eoꝝ ⁊ paci prouidere volēn. eis motu ſcientia ⁊ auctoritate predictis q̄d ad id per litteras ap̄lice ſedis aut legatorū a latere ſeu quorūcunq̄ꝫ alioꝝ legatoꝝ vel ſubdelegatorū ipſius ⁊ ad pecuniā colligendam inuiti compelli non poſſint: q̄ q̄ꝫ nullus eoꝝ collectoꝝ vl̄ viſitatorum vel inquiſitorum officiū monaſterijs vel eccl'ijs ſeu quibuſcunq̄ꝫ perſonis impendere: ⁊ ad cognitiones cauſarum citationes partium ⁊ denunciationem ſententiarū interdicti vel excōmunicationū procedere: aut recipere curā monialium ſeu religioſarum quarūlibet perſonarum teneantur p apoſtolicas litteras impetratas vel in poſterū impetrandas: niſi hmōi apoſtolice lr̄e de hoc indulto ⁊ ordine predicto expreſſam fecerint mentionem: predictis motu ſcientia ⁊ auctoritate apoſtolica indulgemus. Concedimus quoq̄ꝫ eiſdē etiam vt ad viſitandum aliqua monaſteria monialiū cuiuſcunq̄ꝫ ordinis. vel ad audiendū confeſſiones earum compelli aliquatenus non poſſint: vel ad recipiendum commiſſiones cauſarum. ſeu ſententiarum executiones. vel alia contingentia cauſas. ipas. p lr̄as ap̄lice ſedis in quib⁹ facta nō fuerit de indulgentia hmōi mētio ſpālis. Nullus inſup legat⁹ vl̄ ſubdelegat⁹. patriarcha. archiepūs. epūs. nulluſq̄ alius prelatus eccl'iaſticus vel eoꝝ vicarij aut officiales ad portandū ſeu deferendū lr̄as vel exeq̄ndum vel denūciandū ſententiā cōtra principes ſeculares cōmunitates pplos ſeu quoſcūq̄ꝫ benefactores eorū: nulluſq̄ꝫ delegatus vel ordinari⁹ iudex ad faciendū citationes vel cōmiſſiones recipiendas: ſiue q̄ ſint in cauſis aliis que coram ipis tractantur: quēpiam ipſorum dicti ordinis fratrum compellere valeant: ſine predicte ſedis mandato vel licentia ſpeciali expreſſam faciente de hac indulgentia mentionem: nec quiſq̄ eorum parere. vel intēdere teneatur ſuper ijs monitionibus mandatis aut inſti-

S

T

V

onibus eorūdē: aut facere vel implere qđ in hac pte duxerint iniūgēdū.
v ¶ Ceterum generalis magister vel priores pūinciales ac ipoꝝ vicarij il
los ex fribus dequibus auctate lrarū sedis aplice vel legatoꝝ ipius ar
chiepis ⁊ epis ac alijs qbuscūqꝫ pmissū extiterit, vel in posterū ꝯtigerit p
uideri: corrigere: ac etiā nō obstante ꝯtradictiōe aliqua possint ad suum
ordinē reuocare: nec p lras eiusdē sedis seu legatoꝝ ipi⁹ iā obtētas ac ď
cetero obtinēdas aliquos de fribus ipi⁹ ordinis pfatis archiepis ⁊ epis
aut alijs teneātur in socios deputare: nisi dicte lre aplice obtinende de
indulto hmōi ⁊ ordine ipo expssam fecerint mētionē: ⁊ alias id honesta
ti ordinis ⁊ illorum saluti viderint expedire. Nullus aūt legatus etiā de
latere nro missus auctate lrarū sedis aplice spālem de hoc indulto ⁊ or
dine vro non facien̄. mentionē: nullusqꝫ platus nec aliqua psona religio
sa vel secularis de frib⁹ eiusdē ordinis ad sua seu eccl'ie negocia pcuran
da vel secū manēdū aliquos assumere valeat: nisi quos generalis magr
in toto ordine ⁊ priores pūinciales in suis pūincijs ipos tāqꝫ idoneos
⁊ discretos sibi duxerint assignādos: quos etiā subiacere volumus ordi
x nis discipline. ¶ Illos vero ipi⁹ ordinis frēs qui ad pdicādū crucē vel in
quirendū ꝯtra prauitatē hereticā seu ad illa hmōi negocia sunt vel fue
runt vbicūqꝫ a sede aplica deputati: tu fili generalis tuiqꝫ successores re
mouere seu reuocare penitus, trāsferre: ipisqꝫ ꝙ supsedeant iniungere, a
liosqꝫ substituere. cum expedire videritis libere ⁊ licite valeatis: ⁊ in eos
si contra venerint censuram ecclesiasticā exercere. Ac quilibet prouincia
lis vel eius vicarius eiusdē ordinis id ipsum in sua pūincia circa fratres
ipius ordinis quibus ab eadē sede similia contigerit in illa cōmitti: face
re possit: non obstan̄. aliquibus lris vel indulgentijs aplicis impetratis
vel etiā in posterū impetrādis: que de hoc nō fecerint mentionē. ¶ Inhi
y bemus quoqꝫ ne quis post pfessionē in ordine vro factā sine generalis
vel sui pūincialis lnia discedat ab ipo: discedentē vero absqꝫ cautiōe lit
terarū alteri⁹ ipoꝝ ptextu alicui⁹ priuilegij aplice sedis nullus audeat
retinere. Qđ si forte retinere presumpserit: generali magistro in toto or
dine ⁊ prouincialibus priorib in suis pūincijs dūtaxat licitū sit in ipos
discedentes fratres sniam excōicationis pmulgare. Si vero aliqui de
fribus vri ordinis post obtentā lniam a sede pdicta aut magro generali
ad religionē aliā trāseūdi: infra duos vel tres mēses se ad aliā religiōeꝫ
sue saluti ꝯgruā nō ꝯtulerint ⁊ ipi⁹ nō susceperint hitū regularē: licitū sit
tibi fili generał ac vices tuas gerenti: ꝯtra ipos tāqꝫ ꝯtra alios ordinis
vri apostatas pcedere: scđm qđ honestati ipius ordinis videritis expe
dire. Illud idem intelligi volumus de illis qui post susceptiōeꝫ habitus
alteri⁹ religiōis infra tēpus pbatiōis nulla pfessiōe facta inde presum
z pserit resilire. ¶ Apostatas quoqꝫ vri ordinis iuxta alexandri. iiij. ꝯstitu
tionē ⁊ nram pn̄tem ꝯcessionē excōicare. capere. ligare incarcerare, ⁊ ali
as subdere discipline rigori possitis per vos ac etiā per alios a vobis de
putatos: in quocunqꝫ habitu ⁊ loco etiam si in curia nostra inueniri eos
contigerit: in qua sicut extra vos sup vros subditos ratione professiōis
tam tacite ꝙ̄ expresse emisse ordinarios pprio motu ⁊ scia sub⁹ aucte

aplica deputamus:inuocato ad hoc ſi op⁹ fuerit brachij ſecularꝫ auxilio.
Inhibem⁹ etiã ne fratres quos ab ordine vr̃o ꝓ ſuis culpis ꝑ generalẽ
magiſtrũ expelli ↄtigerit vl'q egreſſi fuerint ꝓpo ſuo motu:p̃dicare. cõ
feſſiones audire.ſeu docere preſumãt:niſi ad aliũ ordinẽ in quo licite hu
iuſmodi exerceãtur officia trãſierint de nr̃a vel dicti generalis magiſtri
ſpãli licẽcia. Qđ ſi forte ipi cõtra hmõi inhibitionẽ nr̃am aliquid ſuper
premiſſis temere attẽtare p̃ſumpſerint: ꝓuinciales priores ⁊ locales ⁊
eoꝝ vicarij in illos quos infra fines ſuarum prouīciarũ iuxta conſuetu-
dinem ordinis veſtri exiſtẽtes.inuenerint talia preſumentes:monitione
premiſſa auctoritate aplica excõicationis ſentẽtiã valeãt promulgare.
Eiectos aũt de ordine vr̃o vel egreſſos qui a receptione in eodẽ ordine
ſuis culpis exigẽtibus rediderũt ſe indignos :⁊ alios fratres eiuſdeꝫ or-
dinis.ex rationali cauſa ad quoſcunqꝫ ordines approbatos preterq̃ʒ ad
beati auguſtini.tẽplarioꝝ.hoſpitalarioꝝ ⁊ alioruꝫ religioſoꝝ arma por
tantium ad euitandã ocaſionem euagãdi generalis magiſtri tantuꝫ vel
eiuſdem vicarius de ſuo ſcitu cum ſuis teſtimonialib⁹ lr̃is auctoritate
nr̃a licentiandi liberã habeant facultatẽ. Nos enim diſtrictius inhibe-
mus ne tales ad aliũ ordinem taliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu
retinere preſumãt:abſqꝫ licentia ſpeciali ſedis aplice faciente de hac in-
hibitione plenariam mentionẽ. ¶ Inhibemus etiaꝫ vt null⁹ ſiue ſit in A
religione ⁊ ordine ſiue extra ordinẽ conſtitut⁹ habitũ veſtrũ aut ita cõſi-
mileꝫ ꝙ propter eũ frater carmelitarũ credi poſſit. deferre audeat abſqꝫ
ſedis apoſtolice mãdato ſpeciali. Et vt dicta inhibitio maiorẽ cõſequat
effectũ:ſtatuim⁹ vt ij qui habitũ veſtrũ vel ſibi predicto modo conſimi-
lem deferre preſumpſerit:ad deponendũ ipm ꝑ dioceſanos locoꝝ cũ a
vobis requiſiti fuerint.monitione premiſſa per cenſurã eccliaſticã appel
latione poſtpoſita cõpellãtur. ¶ Quia vero nõnulli veſtre religionis ha
bitum ſumẽtes diuerſis perſonis q ſciri ⁊ inueniri nõ poſſunt. interduꝫ B
aliqua bona reſtituere tenẽtur:vobis magiſter generalis ⁊ priores pro-
uinciales ac prioribus localib⁹ concedim⁹:vt ſinguli veſtrũ in locis ſibi
cõmiſſis bona ipſa in pios vſus cõuertere valeãt: ꝓut ſecundũ deũ vi-
derint expedire. ¶ Inhibemus inſuper vniuerſis fratribus veſtri ordi-
nis:ne aliquis eoꝝ niſi neceſſitate vrgente alijs q̃ʒ prelatis ſuis peccata C
ſua cõfiteri p̃ſumat:vel alijs eiuſdẽ ordinis ſacerdotibus ſecundũ reglãʒ
⁊ ipſius ordinis inſtituta. ¶ Uniuerſis aũt eccliarum prelatis ⁊ alijs in-
hibemus:ne cõfeſſiones vr̃as vobis inuitis audire.vel compellere vos
ad ſynodos ſeu cõuocationes ſuas accedere.vel cum eis extra ciuitates D
vel intra ꝓceſſionaliter exigere.aut ſuis cõſtitutionib⁹ ſubiacere. vel iu-
ramento firmatã vel manualẽ obedientiã a priorib⁹ prouincialib⁹ vl' lo
calibus vel quibuſcũqꝫ alijs vr̃is fratribus exigere.aut de ipoꝝ inſtitu-
tione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis veſtri ordinis ſe aliq̃ten⁹ intromit-
tere.ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates vel villaꝫ vbi religioſe ac honeſte mora
ri poſſitis a populis euocati audeatis accedere.ibiqꝫ pro vr̃is vſib⁹ cõ-
ſtruere edificia eccl'ias ſeu oratoria aut in accedẽtes fratreſ ſeu in cõſtru
entes hmõi vel receptatores ipoꝝ excõicationis ſentẽtias ferre preſu-

G mant. ¶ Concedimus quoqꝫ vobis motu ⁊ ſcientia ſimilibus. vt de illis que in ornamentis vel pro eis aut libris. fabrica. luminaribus. anniuerſario. ſeptimo. vigeſimo. trigeſimo. aut alijs ad perpetuū cultum diuinum ſeu pro pictātijs ſeu victu ad ſubſtentationē veſtram vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redimēdis. ad quorū ſolutionē alique domus veſtri ordinis obligate noſcūtur: vel de domibus predijs ⁊ hortis alijſqꝫ locis vobis ſecundū inſtituta veſtri ordinis opportunis: aut ꝫ ijs que pro huiuſmodi domibꝰ predijs hortis ⁊ locis emendis vobis leguntur: dūmodo premiſſa non conuertātur in vſus alios ſed in illos dūtaxat pro quibus relinquūtur: aut alios etiam qui in nicolai. v. conceſſione ⁊ hac noſtra indulgētia continentur: nulli canonicā iuſticiam ſeu portionem aliquā teneamini exhibere. Et ne quis a vobis vel vltimarū executoribus voluntatū ſeu decedentiū heredibus de premiſſis aliquid exigere vel extorquere preſumat: diſtrictius inhibemus. ¶ Ad hec liceat

H fratribꝰ veſtri ordinis cum de priorībꝰ locis ſuis ad alia loca ſe transferant: tā edificia ſeu omnem edificiorum materiam locorū que dimittūt (dedicatis eccl'ijs dūtaxat exceptis) ꝙ libros calices ⁊ paramēta ſecū ad alia loca transferre: ac edificia ipā cum ſolo ac alijs ad eadem loca ptinentibus (preterqꝫ eccl'ias) per pſonas ad hoc a ſede apoſtolica deputatas vendere: ipſorūqꝫ preciū in alioꝝ locorum ad que dicti fratres ſe transferunt edificationem: ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere: ſecundū quod eis melius videbitur expedire: cum ipſa priora ⁊ alia loca fratrum ad apoſtolicam ſedē ⁊ ad predictū ordinem beatiſſime dei genitricis marie de monte carmeli ſpecialiter ⁊ immediate ptinere noſcant. Et ne aliqui archiep̄i vel ep̄i aut alij eccl'iarum prelati ſeu q̄uis alia pſona eccleſiaſtica vel ſecularis predicta loca ſeu bona occupare accipere vel vſurpare aut quoquomodo ſibi vendicare preſumant abſqꝫ dicte ſedis licentia ſpeciali: diſtrictius inhibemus. indulgeñ. vobis vt ad preſtationem procurationū legatorum predicte ſedis vel nuncioꝝ ipius ſeu diœceſanorum locoꝝ aut exactionū vel collectaꝝ ſeu ſubſidioꝝ vel prouiſionum quorūcunqꝫ minime teneamini: nec ad ea ſoluenda p lr̄as dicte ſedis aut legatoꝝ vel nunciorū eiuſdē ſeu rectoꝝ terrarum eccl'ie romane impetratas ſeu in poſterū impetrandas cuiuſcūqꝫ tenoris fuerint in perpetuum cōpelli poſſitis: niſi dicte ſedis lr̄e impetrate aut in poſterū impetrande plenam ⁊ expreſſam de indulto hm̄oi ⁊ dicto ordine fecerint

I mentionem. ¶ Ceterū cū felicis re. Innocentius papa. iiij. p̄deceſſor nr̄ olim duxerit ſtatuendum: vt exēpti quacunqꝫ gaudeāt libertate: nihilominus tamen ratione delicti ſeu contractus aut rei de qua agitur cōtra ipſos rite poſſint corā locoꝝ ordinarijs cōueniri: ⁊ illi quo ad hoc ſuas in ipſos iuriſdictionem prout ius exigit exercere: nos vobis vt occaſiōe cōſtitutionis huiuſmodi nullum libertatibus ⁊ immunitatibus vobis ⁊ ordini veſtro per priuilegia ⁊ indulgentias ab apoſtolica ſede conceſſas preiudiciū generetur: auctoritate preſentiū indulgemus. Decernimꝰ ergo irritum ⁊ inane quicquid contra tenorem cōceſſionum conſtitutionū ⁊ inhibitionum huiuſmodi per quoſcunqꝫ fuerit attentatum: ⁊ interdi-

cti ſuſpenſionis ⁊ excõmunicationis ſententias ſiquas contra conceſſio-
nes.conſtitutiones.inhibitiones eaſdẽ in vos vel veſtrum aliquos aut
loca veſtra ſeu benefactores veſtros vel executores aut heredes predi-
ctos in poſterũ promulgare contigerit:penitus non tenere. ¶ Et quia
in regula eorũdem fratrum carmelitarũ eis ab alberto patriarcha hie- R
roſolimitañ tradita:⁊ ab innocentio.iiij.alexandro etiam.iiij. nicolao ſi
militer.iiij.romanis pontificibus predeceſſoribus nr̃is approbata ⁊ cõ
firmata:⁊ quam nos per preſentes motu ⁊ ſcientia ſimilibus approba-
mus confirmamus ⁊ preſentis ſcripti patrocinio auctoritate apoſtolica
perpetuo cõmunimus:inter cetera cauetur expreſſe: ꝙ fratres ordinis
predicti ab eſu carnium abſtineãt:niſi pro infirmitatis aut ꝺbilitatis re-
medio ſumantur:⁊ eiſdẽ etiã precipitur.ꝙ ſingulis dieb⁹ ꝺñicis ꝺũtaxat
exceptis a feſto exaltationis ſancte crucis vſq; ad feſtiuitatẽ reſurrectio
nis ꝺñice ieiunare teneantur:⁊ ab eugenio papa quarto predeceſſore ꝑ-
fato quadam temperie huiuſmodi rigorem mitigãte cõceditur ſtatuit
⁊ ordinatur:ꝙ dicti ordinis profeſſores qui pro tempore forent tribus
diebus ſingularum ſeptimanarũ etiam quibus vt prefertur ieiunare iux
ta eãdem regulã erant aſtricti.carnib⁹ veſci poſſent: preterq; in aduẽtu
⁊ quadrageſima ⁊ alijs generaliter ꝓhibitis diebus. Cum vt etiã acce-
pimus ab aliquib⁹ reuocetur indubiũ:an illis diebus quib⁹ eis eſus car
nium cõcedit ieiunare teneãtur:pro eo ꝙ in conceſſione predicta Euge-
nij non ſolum mitigationem abſtinẽtie ſed relaxationem ieiunij ab eo-
dem Eugenio predeceſſore petitũ fuiſſe conſpicitur:et propterea pie
memorie Pius papa.ij.predeceſſor noſter prefatus conceſſit: vt prior
generalis predicti ordinis qui pro tempore foret ſuper huiuſmodi poſ
ſet ieiunio diſpenſare. Nos etiam motu ⁊ ſcientia ſimilibus litteras ꝑ-
dictas alberti patriarche hieroſolimitañ.⁊ innocentij.iiij.alexãdri.iiij.
nicolai.iiij.Eugenij.iiij. ⁊ Pij.ij.innouamus ⁊ confirmamus ⁊ appro-
bamus:⁊ perpetue firmitatis eſſe volumus ⁊ mandamus: concedẽtes
ꝙ tu fili generalis ⁊ qui pro tempore erunt tui in dicto officio ſucceſſo-
res:perſonarum locoꝝ ⁊ temporũ qualitate penſata.cum vtriuſq; ſex⁹
dicti ordinis profeſſoribus iuxta tue cõſcientie arbitrium. ſuper premiſ
ſis tam ieiunio q̃ carnium eſu diſpenſare valeas : atq; tres dies plu-
res vel pauciores ad ieiunium faciendum nominare ⁊ remittere vt
poſſitis libere indulgemus. ac illis ex eis qui iuxta huiuſmodi regula-
ria inſtituta dicti ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperq; virginis
marie de monte carmeli ⁊ eiuſdem Eugenij mitigationem antedictam
noſtrãq; declarationem huiuſmodi vixerint:vt cõfeſſor idoneus quem
quilibet eorum vtriuſq; ſexus de ſuoꝝ ſuperiorum conſenſu duxerit eli-
gendum:eoꝝ confeſſione diligẽter audita ſemel in vita ⁊ in mortis arti
culo plenariã oĩuz ſuoꝝ peccatoꝝ remiſſionẽ ⁊ indulgẽtiã impẽdere va-
leat:auctoritate ap̃lica tenore pñtiũ gratioſe ꝯcedim⁹. ¶ Et qꝛ in eadẽ re I
gula cõcedit ꝙ eiuſdẽ ordinis ꝓfeſſores poſſint habere loca in eremis
vel vbi eis donata forent ad earum religionis obſeruantiam apta et cõ-
moda ſecundũ quod eiſdẽ priori ⁊ fratrib⁹ videbit expedire:⁊ ex cõceſ

ſione prefati vrbani.iiij.predeceſſoris nři ſiqui chriſti fideles aliq̃ loca
ad ſe ſpectantia que feudalia.ſeu cēſualia non exiſtāt eis contulerint pie
tatis intuitu:liceat eis de licētia dioceſanoꝝ illa ſuſcipere ⁊ in coꝝ ſingu
lis eccleſiam vel oratoriū cōſtruere:deuotioni ac petitioni eorum nō ple
ne videtur ſatiſfactum:conceſſionē predictam ad alia quecunq̃ loca do
mos ⁊ eccl'ias etiam parrochiales motu ſciētia ⁊ auctoritate predictis
extendimus:ac conceſſionē ipſam effectū ſortiri volum⁹:nō obſtañ.con
ſtitutione.fe.re.bonifacij pape.viij.ſimiliter p̄deceſſoris nři ꝓhibēte ne
cuiuſuis ordinū mendicantiū fratres ad habitandū noua loca recipere
vel recepta mutare preſumāt ſine dicte ſedis licentia ſpeciali faciēte ſpe
cialem ⁊ expreſſam de ꝓhibitone hmōi mētionē.Et ſi cōtinguat locoꝝ
ordinarios in domos predictoꝝ fratrum in ſuis dioceſib⁹ conſtructas
aliquā iuriſdictionē vel ſupeminētiā ſibi vēdicare:⁊ fratrū eorūdē quie
tem in aliquo ꝑturbare:liceat tūc dictis fratrib⁹ capellanū in dictas do
mos ⁊ eccl'ias inſtituere ⁊ amouere:ꝓut ſuperius in p̄ñtib⁹ lr̃is diximus
⁊ expreſſim⁹. ¶ Prouidā vero calixti pape.iij.predeceſſoris p̄fati con
K ſtitutionē q̃ incipit ad futurā rei memoriā ad romanū pontificē.qua vo
luit:q͞ nullus dicti ordinis profeſſoꝝ beneficia ſecularia ſeu etiam regu
laria quorūuis romanoꝝ pontificū aut ſedis ap̄lice vel legatoꝝ ei⁹ con
ceſſione vel indulto quouis modo in titulū vel in cōmendā ꝓ tēpore ob
tinentiū:aut qui futuris tēporib⁹ quomodolibet obtinebūt:etiam ſi illa
ſimpliciter vel alio quouis modo dimiſerint:in cap̄lis generalib⁹ vl' ꝓ
uincialib⁹ aut cōgregationib⁹ ſeu negocijs officijs vel alijs adminiſtra
tionib⁹ dicti ordinis niſi generalis ꝓ tēpore conſenſu interueniēte quo
modolibet admittatur ſub excōicationis pena:quā admiſſi ⁊ admitten
tes ip̄o facto incurrāt:auctoritate ſcientia ⁊ motu predictis etiam in ar
chiepiſcopali ⁊ ep̄ali dignitate fulgētib⁹ aut monaſteria aliqua vel pro
uinciā in cōmendā obtineñ.locū hēre decernimus.atq̃ p̄dictas lr̃as et
oīa ⁊ ſingula in eis contēta ad eos q̃ in dignitatib⁹ hmōi ſunt cōſtituti
extendimus:diſtricte precipiētes ſub penis in dicta cōſtitutione conten
tis omnibus ⁊ ſingulis predicta bñficia aut dignitates q̇uis auctorita
te vel indulto obtineñ:vt nullo modo de adminiſtratione fratrū aut do
morum aut ꝓuinciaꝝ ſeu conuentuū alioꝝq̃ bonoꝝ ſe impediāt abſq̃
dicti ordinis magiſtri generalis expreſſa licentia:nō obſtañ.quibuſcūq̃
lr̃is etiā a ſede ap̄lica impetratis vel in poſterū impetrādis:quib⁹ ex cer
ta ſcientia ⁊ motu proprio derogam⁹ ⁊ ꝑ p̄ñtes derogari volum⁹ etiā
ſi de illis habenda foret mētio ſpecialis:vt ſingula bona ordinis videli
cet ꝓuincie eccl'ie domus ⁊ ſuppoſita ⁊ vtriuſq̃ ſexus profeſſi vt tenen
L tur ſub integra magiſtri generalis exiſtāt obedientia. ¶ Poſtremo cū
predictoꝝ fratrū glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑq̃ virginis marie de
monte carmeli ſicut ⁊ p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini fra
trum ordinū profeſſores pro fidei catholice dilatatione cō:inue indefeſ
ſeq̃ laborēt:fructuſq̃ afferant in eccl'ia dei ſalutares:⁊ ꝓpterea fuerunt
varijs ꝑ ſedem apoſtolicā priuilegijs decorati:vt quos par labor paris
q̃ merita coniungūt paria coniungāt priuilegia ⁊ fauores:eiſdē fratrū

gloꝛioſiſſime dei genitricis ſempq̄ʒ virginis marie de monte carmeli ꝓ
feſſoꝛibus vt ꝯceſſis eiſdẽ frib9 p̄dicatoꝛibꝰ ⁊ minoꝛibꝰ ⁊ eremitis ſan
cti auguſtini priuilegijs indulgentijs gratijs ⁊ fauoꝛibꝰ ac indultis taꝫ
ſpūalibus q̄ʒ tpalibus a p̄dictis ⁊ alijs romanis pōtificibꝰ p̄deceſſoꝛi-
